4
1281
14235/B

GEORG. RVDOL. BOEHMERI

PHIL. ET MEDIC. DOCT.

# FLORA LIPSIAE INDIGENA.



J. C. G. Fritzsch del. et sc. Lips. 1750.

LIPSIAE.

Apud IOH. GOTHOFRED. DYCKIVM.

1750.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Illuſtriſſimo
atque
Excellentiſſimo
Domino
CHRISTIANO GOTTLIEB
S. R. I. Comiti
ab HOLZENDORFF
In Baerenſtein, Straaſsgräbgen rel.
Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis, Sarmatarum Principis, Electoris Saxoniae Conſiliario intimo, Conſeſſus ſancti Ordinis, qui Dreſdae conſtitutus eſt, ſummi Praeſidi, Redituum publicorum Quaeſtori

Maecenati indulgentiſſimo,

Domino ſuo gratioſiſſimo.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30539316

Vt omnis egentium ſalus in magnis Viris, eorumque auctoritate poſita eſt, ſic nuda quoque,

omnique ſplendidiori ornatu deſti-
tuta, quam cernis, Lipſienſis Flora,
a TE, ILLVSTRISSIME COMES,
TVOque ſummo Patrocinio omnem
tutelam et incolumitatem confidenter
exoptat, atque demiſſo vultu efflagitat. Cum enim plantae fotu ſolis in primis indigeant, illoque excitatae felicia capiant incrementa, quid mirum, ſi et plantarum mater, Flora, TE, INDVLGENTISSIME DOMINE, velut benignum ſidus ſequatur, et a TE ſuſtentari tuerique cupiat. Et vnde majus nanciſci potuiſſet incrementum, quam a TE, MAECENAS GRATIOSISSIME, cujus tanta eſt auctoritas atque gloria? vnde ſplendidius lumen mutuari, quam

a TE

a TE, qui ampliſſimo virtutum theſauro inter mortales emines. Suſcipias itaque has, quas ſubmiſſiſſima mente offero, Florae Lipſienſis primitias, ſuſtineas TVO exoptatiſſimo Patrocinio TIBI deuotum et Florae addictum ILLVSTRISSIMI TVI NOMINIS cultorem, qui, ita vt Flora, ſub TVIS auſpiciis vitam felicem tranſigere cupit. Deum Ter Optimum Maximum ſupplex veneror, vt TE, cujus felicitati publica ſalus, Patriae integritas, Religionis ſanctitas, GENTIS TVAE ILLVSTRISSIMAE ſplendor, Scientiarum et hujus Almae Matris incrementum firmiter atque ſecure innituntur, ſempiterna et immortali glo-

ria florentem, perpetua firmaque incolumitate exornatum quam diutiſſime ſeruet ac tueatur.

Tanti Nominis

Dabam
Lipſiae A. C. N.
MDCCL.
Menſ. Octobr.

devotiſſimus Cliens
Georgius Rudolphus
Boehmerus.

# Rei Herbariae Cultoribus
## S. P.

Dum Vobis, humaniſſimi Commilitones, methodicam plantarum, quae prope Lipſiam ſponte creſcunt, diſpoſitionem offero, quaedam vt praemoneam, et conſuetudo et ipſa operis ratio exigunt. Praeter id enim, quod libri deſcriptionem in ipſo ſtatim praefamine quaerant plerique lectorum, diu jam inualuit ille mos, vt memoria eorum recolatur, qui ante nos eandem operam ſuſceperunt, eundemque, quem nunc ingredimur, campum emenſi ſunt; Et recte quidem praedicantur illorum merita, quorum veſtigiis nos inſiſtentes, facilius rem noſtram peragimus, poſteri vero ad noua inuenienda laudabili eorum exemplo incitantur.

Cum in eo eſſem, vt indicem auctorum, qui praeterito tempore patrias noſtras plantas deſcriptas nobis reliquerunt, colligerem, quem jure meritoque huc referrem, deprehendi nullum. Haud enim opus eſſe arbitror, vt de CHRISTIANI LVDOVICI WELSCHII et PAVLI AMMANNI, Lipſienſium olim Profeſſorum ſcriptis quaedam commemorem. Variae equidem ſunt ſpontaneae plantae, quas illi in ſuis libris annotarunt, ita tamen, vt difficulter admodum ab aliis exoticis diſtingui queant, in primis cum ſpecifica, ab ipſis vſurpata, nomina nullam ipſarum plantarum ideam nobis ſuppeditent, exiguamque horum,

cele-

celebrium alias Medicorum, in re herbaria peritiam facile prodant.

Anno MDCC XXVI. DAVID WIPACHERVS, Medicinae Doctor et Practicus, Floram Lipſienſem edidit, quam vero ita compoſitam inueni, vt huc referri vix poſſit. Pauperrima enim illa eſt, et omnibus iis, quae minimae dicuntur, deſtituitur plantis, earum praeterea, quae ibi recenſitae inueniuntur, nomina ita obſcura et imperfecta exhibet, vt quasnam plantas iisdem indigitare voluerit auctor, et me et alios quoque latere, confiteri debeamus. Vnde et id forte euenturum praevidimus, vt alii me varias ſtirpes neglexiſſe autument, quae tamen ab ipſo illo Viro jamjam notatae inueniantur.

Flora Ienenſis, quam celebris ſatis Botanicus, HENRICVS BERNHARDVS RVPPIVS, et ipſe et poſt ejus fata alii euulgarunt, plurimas in noſtris confiniis progerminantes plantas continet, exiguus vero earum eſt numerus, quarum natale ſolum notatum ſit.

AVGVSTINVS FRIDERICVS WALTHERVS ab illo tempore, quo hortum pro colligendis plantis ſingulari ſtudio multisque ſumtibus inſtrueret, permultas ex indigenis noſtris ipſi inſeruit, ita vt in ditiſſimi horti catalogo, quem An. MDCC XXXVI. publici juris fecit, non tantum rariſſimae exterarum regionum, verum germanici quoque, et Lipſienſis in primis ſoli plantae haud paucae contineantur; inſignem tamen indigenarum numerum, et il-

larum

larum praecipue, quae in hortis viuere et coli nequeunt, in eodem adhuc deſiderare, perluſtranti facile apparebit.

LVDOVICVS IVNGERMANNVS, qui Lipſiam patriam nactus, olim in Academia Altorſina Medicinam profeſſus eſt, praeter Catalogum plantarum prope Altorfinum creſcentium et Giſſenſem Floram, quae typis exſcripta proſtant, ſi IOH. IAC. BAIERO in Biographia Profeſſorum Medicinae, quae in Academia Altorſina vixerunt, fides eſt habenda, Lipſienſe quoque Viridarium compoſuit, quod tamen nondum expreſſum, forte in Bibliotheca Altorſina aſſeruatur. Hunc indicem perluſtrandi cum nulla, etſi omnem adhibuerim operam, mihi enata fuerit opportunitas, meum quoque de eodem judicium vt omittam, neceſſe eſt; EX BAIERI vero recenſione cognovi, DCCC fere plantarum enarrationem alphabeticam, et ſingulares, tam de differentiis et characteribus ſtirpium, quam de virtutibus obſeruationes, et loca tandem plantarum natalia in eadem deſcripta, inueniri. Et hujus Viri in rem herbariam et Lipſienſem inſimul Floram merita magni certe aeſtimanda ſunt. Tanta enim erat ejus in hoc rerum genere peritia, tanta erga ſe ipſum fiducia, vt coelibem, quam traduxit, vitam tunc ſe mutare velle profeſſus ſit, quando quis incognitam ipſi plantam proponeret.

Verum ne quicquam taceam eorum, quae animum mihi ad opus peragendum indiderunt,

runt, meoſque conatus ſubleuarunt, illorum quoque celeberrimorum Virorum in Lipſienſes plantas merita collaudanda veniunt, qui etſi non deſcriptas illas cum rei herbariae cupidis communicauerint, ſingulari tamen ſtudio easdem et collegerunt et examinarunt.

IOHANNES ERNESTVS HEBENSTREITIVS, Magnificus ordinis medici apud nos Decanus, ante viginti et plures jam annos noſtrum ſolum multo indefeſſoque labore peragrauit, plantas in eo prouenientes diſquiſivit, et auditoribus ſuis pro ea, quae ipſi aſſidet, ſolertia atque fidelitate, notiores reddere allaborauit.

Indefeſſum hunc rei medicae atque Botanices curatorem ſtrenui ſecuti ſunt laborum comites, CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIGIVS, et IOHANNES GOTTLIEB GLEDITSCHIVS, quorum vterque per multos annos, et duce HEBENSTREITIO, et ipſi duces Lipſienſem terram perluſtrarunt, plantas collegerunt, collectasque eum potiſſimum in finem diſquiſiuerunt, quo illae in ordinem diſpoſitae prelo aliquando ſubmitti poſſent. Cum vero inceptum laborem celeberrimi hi Viri ob alia grauioraque, quibus detinebantur, negotia iterum relinquerent, ipſe opus ſuſcepi, quod nunc ad finem perductum vobiſcum, Commilitones, communico. Et id quidem ſuaſu atque conſilio celeberrimi LVDWIGII factum eſſe, non eſt cur taceam, vtpote quem per ſeptem integros annos praeceptorem habui

bui dexterrimum, qui me, vt in aliis ſcientiis, ita in illa in primis, quae rem herbariam ſpectat, doctrina fideliter erudiuit, et monitis aeque ac proprio illuſtrique ſuo exemplo ad plantas accuratius diſquirendas excitauit ſaepiſſime. Illo enim jam tempore, quo WALTHERVS adhuc in viuis eſſet, ejus cura factum eſt, vt illius inſtructiſſimum et exoticis in primis plantis diuitem hortum intrare, florenteſque plantas et colligere et examinare mihi liceret. Mortuo vero ante quatuor annos WALTHERO, cum illud viridarium LVDWIGIO concederetur, aliquam ejusdem curam meae induſtriae commiſit, vt plantas in eodem enutritas Commilitonibus exhiberem, iisque notiores redderem, permiſit, eximiam denique Botanicorum ſcriptorum bibliothecam in meos vſus vt conuerterem, beneuole conceſſit. Pro quo ſingulari fauore et praeſtito in colligendis noſtris plantis auxilio grates illi decerno obſtrictas, et nihil eorum me intermiſſurum ſpondeo, quo, vt integra ſemper et illibata perſiſtat horti botanici gloria et noua indies augmenta capiat, a meis viribus meoque inſeruiendi ſtudio expectari vnquam poterunt.

Celeberrimo vero GLEDITSCHIO debitae quoque tribuendae ſunt laudes. Is enim non eo tantum tempore, quo Lipſiae commoraretur, ſyluas, campos, arua, montes aliaque patriae vrbi vicina loca ſtirpium cognoſcendarum cauſſa ſedulo perluſtrauit, ſed etiam dum Berolinenſis medicus hortus ejus curae committe-

mitteretur, denuo reiteratisque itineribus, cujus temporis laetus recordor, noſtram floram inuiſit, et ejus diuitias eum in finem collegit, quo inde Berolinenſe viridarium amplificaret. Hujus itaque induſtrii Viri in cognoſcendis noſtris plantis peritia cum mihi ſatis ſuperque nota eſſet, ejus humanitate fretus illum adii, et meum jam abſolutum libellum eidem tradidi, rogans vt ea, quae a ſe de hoc argumento obſeruata eſſent, adponat, et beneuole mecum communicet. Id quod ab ipſo poſtulabam dexterrime quoque peregit. Permulta enim et ea in primis, quae ad Graminum, Muſcorum et Fungorum hiſtoriam pertinent, ex ſchedis praeſtantiſſimi hujus Viri collegi, nouamque, ab ipſo elaboratam, plantarum, quae Epiphylloſpermae plerumque vocantur, methodum huic libello inſerui, ita tamen, vt omnia, quae ab ipſo accepi, ejus nomine praefixo ſedulo notarem, nec alia, quam quae mea ſunt, mihi tribuerem. Pro hoc itaque praeclari beneuolentiae et in patrias plantas exhibito amoris documento non modo me ipſum, ſed alios quoque herbariae rei cultores GLEDITSCHIO maximas debere grates profitemur.

Hiſce peractis breuiter nunc de ipſo libello dicendum eſt. In colligenda Lipſienſi Flora non opus eſſe credidi, vt ipſum illud Miſniae decus, dilectiſſimam Lipſiam deſcribamus, et ejus exteriora ac circumjacentia loca, ſitum, regionem, campos, prata, frondoſaque ne-

mora

mora contemplemur, vt tandem fluentes ſtagnantesque aquas atque paludes peculiari oratione proſequamur. Praeter id enim, quod geographica ejusmodi tractatio a re noſtra aliena eſſe videatur, ea quoque omnia, quae commemoranda hic eſſent, a celeberrimo CHRISTIANO MICHAELE ADOLPHI in diſſertatione, quae de aere, ſolo, aquis et locis Lipſienſibus inſcribitur, ſatis ſuperque pertractata inueniuntur.

Illarum itaque, quae intra vnius milliaris ab vrbe diſtantiam generantur, et quae a nobis continuata per nouem annos induſtria obſervatae fuerunt, plantarum indicem compoſui, ita vt ſponte creſcentes plantas omnes conquirerem, alias vero hic locorum vel nunquam progerminantes, exoticas, vel in hortis tantum cultas ſtudioſe omitterem. Illis tamen, quae, licet ad indigenas proprie non pertineant, noſtris tamen terris quam maxime familiares, in ciuitatem quaſi receptae ſunt, exinde quod quotannis iterum conſpiciantur, hinc ab indigenis ſeparari vix poſſint, locum in hoc libello concedendum eſſe putaui.

De ordine, ſecundum quem haſce plantas diſponerem, diu multumque dubius fui. Multae enim illae diuerſaeque, a variis hactenus Botanicis excogitatae, ſtirpium methodi, quamuis ſuis non deſtituantur commodis, plantis potius ordinandis egregie conueniant, nonnulla tamen retinent momenta, quae artis in primis

primis tyronibus paulo difficiliora et videri poſſunt, et ſi verum fateri decet, ardua admodum inueniuntur. Illam tandem, quam LVDWIGIVS in noua definitionum plantarum editione propoſuit, vegetabilia examinandi normam, vt facillimam, reliquis praeferendam eſſe exiſtimaui. Quamuis enim, vt in omni hiſtoriae naturalis parte, ſic in vegetabilium quoque hiſtoria omnes huc vsque excogitatae methodi ita ſint comparatae, vt aliquas, ne dicam multas, ſaepius admittant anomalias atque exceptiones, alia tamen ratio ſubeſt, quae Ludwigianam methodum retinendam ſuaderet. Laudati nimirum hujus Viri Inſtitutiones regni vegetabilis Commilitonibus omni aeſtate fuſiori oratione explico, methodum in illis ipſis propoſitam notiorem iis reddo, florentesque plantas ad ipſius normam examino. Conſuetudini itaque et hic aliquid dandum erat, exinde, quod inſtituta haec plantarum diſpoſitio et mihi et Auditoribus quam maxime cognita et perſpecta jam eſſet.

Aſſumſi ergo Ludwigianam methodum, generum nomina, quae ab ipſo adhibita fuerunt, retinui, et ipſam generis definitionem ſemper citaui, ſpecies vnicuique generi ſubjunxi; hisque recentiorum nomina, quae ipſam plantam ab adfinibus diſtinguunt, et a LINNAEO in primis, ROYENO atque HALLERO conſtructa fuerunt, adpoſui, nonnunquam, vbi factu id opus erat, noua ipſeme conſtitui.

Sed

Sed ne forte mirentur exteri, quod tam exiguum ſpecierum numerum hic propoſuerim, illud ab accuratiori ſpecierum determinatione deducendum eſſe, in limine ſtatim praemoneo. Certe ſi varietates ſpecierum loco enumeraſſem, longe major oſtentari potuiſſet plantarum copia. Neminem vero latet, recentiores ſcriptores omnem curam eo intendere, vt ſpecierum numerum imminuant, et multas hactenus inuentas plantas non ſpecies nouas, ſed tantum ſpecierum cognitarum varietates eſſe euincant, vtpote quae a climatis, locorum et culturae differentia originem ducunt. Et ſane ingens ſpecierum, a veteribus in primis propoſita, et ad haec vsque tempora conſeruata copia, nil niſi plantas a naturali habitu aberrantes oſtendit, vt itaque LINNAEI et aliorum induſtriam laudandam eſſe exiſtimem, qua diffuſam vegetabilium cognitionem per ſubjectorum imminutionem faciliorem reddi experimur. Illud vero, quod vt plurimum fieri ſolet, et hic accidiſſe fatendum eſt. Amoeniſſimae namque hujus doctrinae reſtauratores in ſpeciebus imminuendis nimis occupatos cum viderem, a LINNAEO aliisque non nunquam diſceſſi et HALLERVM ſecutus ſum, quippe qui mediam viam et hic eligendam eſſe optime docuit. Dum enim plantas noſtras indigenas in proprio, eoque aliquando diuerſo loco creſcentes in ſucceſſiua vegetatione conſideraui,

et in horto Ludwigiano ad culturam exoticarum aeque ac vulgarium ſtirpium reſpexi, varia, quae ſpecierum characteres, earumque determinationem, varietates, luſusque naturae concernunt, obſeruaui.

Sic ordinatis, nominibusque inſignitis ſpeciebus, ſynonyma, et ea in primis, quae neceſſaria videbantur, ſubjeci. In hac vero re breuitati operis conſului, et ne mole grauis ad herbarias excurſiones euaderet liber, proſpexi. Si enim nulla adduxiſſem, vt WACHENDORFFIVS fecit, meum laborem inutilem futurum eſſe, facile colligebam; illa itaque nomina adhibenda eſſe credidi, quae vera ſpecifica ſunt, et a recentioribus Botanicis introducta fuerunt. Ex veteribus vero MATTHIOLVM et TABERNAEMONTANVM ob expoſitas plantarum virtutes, C. BAVHINVM ob collecta veterum ſynonyma, DODONAEVM, CLVSIVM aliosque ab icones aliquando ſatis bonas, IOH. BAVHINVM pluresque ob accuratas plantarum deſcriptiones, TOVRNEFORTIVM tandem, BOERHAAVIVM caeterosque ob methodicam ſtirpium diſpoſitionem nominaui.

Germanica nomina, et illa praecipue, quae penes nos ſolemnia ſunt atque vſitata adpoſui, alia vero minus conſueta, vel aliis Germaniae regionibus modo propria ſtudioſe omiſi. Plerisque tamen plantis nulla adjeci, vix enim ruricolae aliis plantis nomina impoſuerunt,

ſuerunt, quam quae peculiari forma, colore, odore, ſapore atque vtilitate a reliquis ſeſe diſtinguunt, aut nociuos edunt effectus, ipſe vero noua ex latinis fingere nolui.

Tandem locum natalem plantarum notaui, et vtrum pingue an arenoſum, paludoſum vel ſiccum ament ſolum, et num in fruticetis, aut denſis nemoribus habitent, vel in aquis illae fluctuent, et quae ſunt aliae locorum differentiae expoſui. Propria tandem plantarum loca, patriis nominibus notata, quam accurate fieri potuit, deſignaui, illis vero, quae vulgatiſſimae ſunt, et vbique locorum inueniuntur, nullum proprium locum adſcripſi; his tandem omnibus recenſitis momentis tempus florendi et durationem ſubjunxi.

Interdum vulgaribus etiam plantis, quae hiſtoriae earum illuſtrandae et characteri generico et ſpecifico perficiendo inſeruire poſſint, addidi, et quae tam medicum, quam oeconomicum earum vſum concernunt, notaui; Rariores tamen hae obſeruationes inueniuntur, ne cognitis ſatis moleſtus eſſem lectoribus.

Caeterum huncce libellum, ea in primis de cauſſa compoſui, vt Vos, dilecti Commilitones inter botanicas excurſiones moleſto herbarum nomina annotandi labore ſuperſedere, perfectioremque hac ratione de patriis plantis cognitionem acquirere poſſitis. In veſtrum itaque vſum illum vt adhibeatis, mihique

porro, vt hactenus ſoliti eſtis, frequentia et attentione porro incitamento ſitis, me non in muſaeo tantum, et in viridario Ludwigiano docentem beneuole audiatis, ſed in iis quoque, quae cognoſcendarum ſtirpium cauſſa inſtituuntur itineribus frequentes adeſſe velitis, vehementer exopto. Non enim circa foedas ſemper paludes oberramus, ardentibus non ſemper radiis ſolis expoſiti ſumus, ſed amoeniſſima interdum loca luſtrantes mentem exhilaramus, et in vmbra degentes vires amiſſas recuperamus. Dabam Lipſiae Menſe Octobri 1750.

Compen-

# Compendia
## citatorum Auctorum.

*Act. Stockh.* vel *Vpſal.* Acta Societatis regiae ſcientiarum Vpſalienſis ab Anno 1740 ſeqq. Stockholmiae 1744. ſeqq. 4.

*Alp. Exot.* PROSP. ALPINI de Plantis exoticis Libri II. Venetiis 1629. 4.

*C. B. P.* CASP. BAVHINI πιναξ Theatri botanici Baſileae 1671. 4.

*C. B. Pr.* vel *Prodr.* EIVSD. Prodromus Theatri botanici Baſileae 1671. 4.

*C. B. Th.* EIVSD. Theatri botanici Liber primus, editus opera IOH. CASP. BAVHINI Baſileae 1658. fol.

*I. B. I. II. III.* Hiſtoria Plantarum vniuerſalis, auctoribus IOH. BAVHINO et IOH. HENR. CHERLERO, quam auxit DOM. CHABRAEVS et edidit FRANC. LVDOV. a GRAFFENRIED Tom. I. Ebroduni 1650. Tom. II. et III. 1651. fol.

*Barrel.* IAC. BARRELIERI Plantae per Galliam, Hiſpaniam et Italiam obſeruatae, opus poſthumum, accurante ANTONIO de IVSSIEV, Pariſiis 1714. fol.

*Bocc. Muſ.* Muſeo di Piante rare della Sicilia Malta etc. obſeruate di PAVLO BOCCONE, ed al preſente SILVIO BOCCONE in Venetia 1697. 4.

*Bocc. Sic.* EIVSD. Icones et deſcriptiones rariorum plantarum Siciliae, Melitae, Galliae et Italiae e Theatr. Scheldòn. 1674. 4.

*Boerh. I.* et *II.* Index alter Plantarum, quae in horto academico Lugduno Batauo aluntur, conſcriptus ab HERM. BOERHAAVE Pars I. et II. Lugd. Bat. 1720. 4.

*Breyn. Cent.* IAC. BREYNII Exoticarum aliarumque minus cognitarum plantarum Centuria Gedani 1678. fol.

*Buxb. Cent.* IOH. CHRIST. BVXBAVMII Plantarum minus cognitarum Cent. I. et II. Petropoli 1728. Cent. III. 1729. Cent. IV. 1733. Cent. V. 1740 4.

*Buxb. Com. Petr.* Commentarii Academiae ſcientiarum imperialis Petropolitanae Tom. I. ſeqq. Petropoli 1728. ſeqq. 4.

*Caeſ.* ANDR. CAESALPINI de Plantis Libri XVI. Florentiae 1583. 4.

*Cam. Epit.* De Plantis epitome vtiliſſima PETR. ANDR. MATTHIOLI, edit. a IOACH. CAMERARIO Francf. M. 1586. 4.

*Cam. Hort.* EIVSD. Hortus medicus et philoſophicus acc. IOH. THALII ſylua Hercynia Francf. M. 1588. 4.

*Cluſ. Hiſt.* CAR. CLVSII Rariorum plantarum hiſtoria Antwerp. 1601. fol.

*Cluſ. Panon.* EIVSD. Rariorum aliquot ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam et vicinas prouincias obſeruatarum hiſtoria Antwerp. 1583. 8.

*Col. Ecphr. I.* et *II.* FAB. COLVMNAE minus cognitarum ſtirpium Εκφρασις Pars I. II. Romae 1616. 4.

*Col. Phyt.* EIVSD. Φυτοβασανος ſiue Plantarum aliquot hiſtoria Neapoli 1592. 4.

*Col. Phyt. edit. II.* Idem liber cum annotationibus IANI PLANCI Florentiae 1744. 4.

*Dalech.* IAC. DALECHAMPII Hiſtoria generalis plantarum in Libros XVIII. digeſta Pars I. et II. Lugduni 1587. fol.

*Dalib. Par.* Florae Pariſienſis Prodromus, ou Catalogue des plantes, qui naiſſent dans les environs de Paris par M. DALIBARD a Paris 1749. 8.

*Dill. Elth.* IOH. IAC. DILLENII Hortus Elthamenſis Tom. I. II. Londini 1732. fol.

*Dill. Giſſ.* EIVSD. Catalogus plantarum ſponte circa Giſſam naſcentium cum appendice Francf. M. 1719. 8.

*Dod.* REMB. DODONAEI Stirpium hiſtoriae Pemptades ſex Antwerp. 1583. fol.

*Geſn. Lun.* CONR. GESNERI de raris et admirandis herbis, quae Lunariae nominantur, Commentariolus Tiguri 1555. 4.

*Gmel. I.* IOH. GEORG. GMELINI Flora Sibirica Tom. I. Petropoli 1747. 4.

*Gottſch.* Flora Pruſſica ſ. Plantae in Regno Poruſſiae ſponte naſcentes, quarum Catalogum IOH. LOESELIVS olim diſſeruit, nunc vero edidit IOH. GOTTSCHEDIVS Regiomontani 1703. 4.

*H. Eyſt.* Horus Eyſtettenſis ſ. accurata omnium plantarum, florum, ſtirpium delineatio, opera BAS. BESLERI 1613. fol.

*Hall.* ALB. HALLERI Enumeratio methodica ſtirpium Heluetiae indigenarum Tom. I. II. Göttingae 1742. fol.

*Hall. All.* EIVSD. Libellus de Alli genere naturali Gött. 1745. 4.

*Herm. Lugd.* PAVL. HERMANNI Horti Academici Lugduno Bataui Catalogus Lugd. Bat. 1687. 8.

*Heuch. Prov.* IOH. HENR. HEVCHERI Noui Prouentus horti medici Wittebergenſis. Wittebergae 1711 et 1713. 4.

*Lech. Scan.* IOH. LECHII Primitiae Florae Scanicae Lundini 1744. 4.

*Lind. Alſat.* FRANC. BALTH. a LINDERN Hortus Alſaticus ſ. Plantae in Alſatia ſponte prouenientes Argentorati 1747. 8.

*Linn.*

*Linn. Amoen.* CAR. LINNAEI Amoenitates academicae ſ. Diſſertationes phyſicae, medicae, botanicae Holmiae 1749. 8.

*Linn. Cliff.* EIVSD. Hortus Cliffortianus Amſtelodami 1737. fol.

*Linn. H. Vpſ.* EIVSD. Hortus Vpſalienſis Vol. I. Stockhol. 1748. 8.

*Linn. Fl. Lapp.* EIVSD. Flora Lapponica, exhibens plantas per Lapponiam creſcentes Amſtelod. 1737. 8.

*Linn. Fl. Suec.* EIVSD. Flora Suecica Lugd. Batav. 1745. 8.

*Linn. Fl. Zeyl.* EIVSD. Flora Zeylanica Holmiae 1747. 8.

*Linn. Mat.* EIVSD. Materia medica. Lib. I. de Plantis Holmiae 1749. 8.

*Linn. Vir.* EIVSD. Viridarium Cliffortianum Amſtelod. 1737. 8.

*Lob. Hiſt.* MATTH. de LOBEL Plantarum ſiue ſtirpium hiſtoria Antwerp. 1576. fol.

*Lob. Ic.* EIVSD. Plantarum ſiue ſtirpium Icones Antwerp. 1581. 4.

*Mapp.* MARC. MAPPI Hiſtoria plantarum Alſaticarum poſthuma, edita a IOH. CHR. EHRMANNO Argentorati 1742. 4.

*Matth.* PETR. ANDR. MATTHIOLI Commentarii in ſex Libros Pedacii Dioſcoridis de materia medica edit. Operum Francf. 1598. fol.

*Mentz. Pug.* CHRIST. MENTZELII Pugillus rariorum plantarum, Indici nominum plantarum multilingui adjectus Berolini 1682. fol.

*Mich.* PETR. ANT. MICHELI Noua plantarum genera, juxta Tournefortii methodum diſpoſita Florentiae 1729. fol.

*Moriſ. I. II. III.* ROB. MORISONI Plantarum hiſtoriae vniuerſalis Oxonienſis Pars I. II. III. Oxonii 1715. fol.

*Moriſ. H. Bleſ.* EIVSD. Praeludiorum botanicorum Pars I. ſiue Hortus Bleſenſis auctus acc. Pars II. Hallucinationes C. Bauhini in Pinace etc. continens Londini 1669. 8.

*Mund. Aardg.* ABR. MVNTINGII Naauwkeurige beſchryving der Aardgewaſſen Leyden 1696. fol.

*Oehl. Dant.* NIC. OELHAFII Elenchus plantarum circa Dantiſcum ſua ſponte naſcentium Dantiſci 1656. 8.

*Plum. Fil.* Traité des Fougeres de l' Amerique par CHARLES PLVMIER a Paris 1705. fol.

*Pluk. Phyt.* LEONH. PLVKENETII Phytographia ſ. ſtirpium illuſtriorum et minus cognitarum Icones Tom. I. ſeqq. Londini 1691. ſeqq. 4.

*Raj. Brit. edit.* 2. IOH. RAII Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum edit. 2da. Londini 1696. 8.

*Raj. Brit. edit.* 3. EIVSD. Libri editio tertia, emendata et iconibus aucta Londini 1724. 8.

*Raj. Hiſt.* EIVSD. Hiſtoria Plantarum, ſpecies hactenus editas

aliasque

aliasque nouas complectens. Tom. I. Londini 1686. Tom. II. 1688. Tom. III. 1704. fol.

*Riv. Mon.* AVG. QVIR. RIVINI Introductio generalis in rem herbariam, cum ordine plantarum, quae ſunt flore irregulari monopetalo Lipſiae 1690. fol.

*Riv. Tetr.* EIVSD. Ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari tetrapetalo Lipſiae 1691. fol.

*Riv. Pent.* EIVSD. Ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari pentapetalo Lipſiae 1699. fol.

*Riv. Hex.* EIVSD. Ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari hexapetalo.

*Roy.* ADR. van ROYEN Florae Leydenſis prodromus, exhibens plantas, quae in horto academico Lugduni Batauo aluntur. Lugd. Bat. 1740. 8.

*Rupp.* HENR. BERNH. RVPPII Flora Ienenſis, ex auctoris ſchedis et obſeruationibus aucta et emendata ab ALBERTO HALLERO Ienae 1745. 8.

*Rupp. edit. 2.* Idem liber, edit. Francof. 1726. 8.

*Scheuchz.* IOH. SCHEVCHZERI Agroſtographia, ſiue Graminum, Iuncorum, Cyperorum, Cyperoidum iisque affinium hiſtoria Tiguri 1719. 4.

*Schwenck.* CASP. SCHWENCKFELDT Stirpium et foſſilium Sileſiae catalogus Lipſ. 1600. 4.

*Tab.* IAC. THEOD. TABERNAEMONTANI *Neu vollkommen Kræuter Buch, durch* CASPAR. *und* HIERON. BAVHINVM *vermehrt.* Tom. I. II. III. Baſel. 1731. fol.

*Thal. Herc.* IOH. THALII Sylua Hercynia vid. CAMERARIVS.

*Tourn.* IOS. PITT. TOVRNEFORTII Inſtitutiones rei herbariae, cura ANTON. de IVSSIEV Lugduni 1719. 4.

*Vaill. Par.* SEB. VAILLANT Botanicum Pariſienſe, ou denombrement par ordre alphabetique des plantes, qui ſe trouuent aux enuirons de Paris, publie par Mr. BOERHAAVE. Leid. et Amſterd. 1727. fol.

*Volk.* IOH. GEORG. VOLKAMERI Flora Norimbergenſis. Norimberg. 1700. 4.

*Wachend.* EVER. IAC. van WACHENDORFF Horti Vltrajectini Index Traj. ad Rhen. 1747. 8.

*Zanon.* GIACOMO ZANONI Rariorum ſtirpium hiſtoria, ex parte edita, nunc centum plus Tabulis ex commentario Auctoris ampliata per CAIETANVM MONTIVM. Bononiae 1742. fol.

CLAS-

# CLASSIS I.

## Plantae flore perfecto, ſimplici, monopetalo, regulari.

### I. DIANTHERAE.
### *MONOSTYLAE.*

LILAC. D. G. 1.

1. Lilac foliis cordatis.
   Lilac *Matth. 854. ic. b. Tourn. 601. Boerh. II. 221.*
   Syringa Luſitanica *Tab. 1457. ic. Matth.*
   Syringa coerulea *C. B. P. 398.*
   Syringa foliis lanceolatis cordatis *Linn. Cliff. 6. Roy. 397.*

*Var.* Lilac flore albo *Boerh.*
*Spaniſcher Holunder, Huck auf die Magd.*
In hortis ubique et ad ſepes frequens, floret Majo, frutex et arbor.

LIGVSTRVM. D. G. 5.

2. Liguſtrum *Matth. 153. Tab. 1454. ic. ead. I. B. I. b. 528. Tourn. 596. Boerh. II. 215. Linn. Cliff. 6. Roy. 398. Hall. 527.*
   Liguſtrum germanicum *C. B. P. 475.*
   Phillyrea *Dod. 763. folia anguſtiora.*

*Beinhülzen, Mundholtz, Reinweiden.*

Ad ſepes frequens, *um das Brandvorwerck,* viget Iunio, baccae maturantur autumno, frutex.

Pigmentum coeruleum inde parari *Tragus* habet, ex baccis atramentum confici *Linnaeus.*

## II. TRIANTHERA.

### *MONOSTYLA.*

### IRIS D. G. 8.

3. Iris laciniis corollae interioribus ſtigmate breuioribus.

Iris paluſtris lutea *Tab. 1032. ic. Matth. I. B. II. 732. Tourn. 360.*

Iris foliis enſiformibus, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus *Linn. Cliff. 19. Roy. 18.*

Iris imberbis lutea, neruo folii eminente *Hall. 281. Gmel. I. 31.*

Pſeudo-acorus *Matth. 21. bene.*

Acorus adulterinus *C. B. P. 34. Th. 633.*

*Gelbe Waſſerlilien, Drachenwurz, Waſſerſchwertel.*

In foſſis et locis paludoſis *auf den Roſenthaler Wieſen bey Pfaffendorff,* floret Majo, perennis.

4. Iris corollis barbatis, caule foliis longiore, multifloro. *Linn. Cliff. 18. Roy. 17. Hall. 280.*

Iris ſylueſtris *Matth. 17. Tab. 1036. ead.*

Iris vulgaris germanica *C. B. P. 30. Th. 571. ic. Matth. I. B. II. 709.*

*Schwertel, blaue Lilien.*

In pratis vliginoſis rarius *zwiſchen Lindenau und Leitſch.* Maj. Iun. perennis.

Viridis ex flore conficitur color. Planta, dum in hortis colitur, cultura ſpecioſior redditur.

5. Iris

5. Iris - - - - - -

Iris minor ſ. tenuifolia *Dod. 246.*

Iris pratenſis anguſtifolia humilior *C. B. P. 32. Th. 599. ic. Dod. Hall. 281.*

Iisdem natalibus *auf den Wieſen im Roſenthale*, et copioſe in pratis *zwiſchen Groſs Zſchocher und dem Walde.* Maj. Iun. perennis.

# III. TETRANTHERAE.

## *A. MONOSTYLAE.*

### APARINE. D. G. 10.

6. Aparine foliis lanceolatis, ſemine aſpero.

Aparine *Matth. 590. Dod. 350. I. B. III. b. 713.*

Aparine vulgaris *C. B. P. 334. Boerh. I. 150.*

Aparine foliis lanceolatis *Linn. Cliff. 34.*

Aparine foliis lanceolatis acuminatis ſcaberrimis, corollis fructu minoribus *Roy. 455. Linn. Fl. Suec. 120.*

Galium caulis angulis foliique ora et neruo ſerratis, fructu hiſpido *Hall. 459.*

*Klebrich, Klebkraut, Zaunreiſs.*

Ad ſepes et dumeta frequens *im Roſenthale*, floret Majo, annua.

*Hallerus* ad Gallium refert, quia ſemina aſperiora characterem genericum haud efficere exiſtimat, cum ſucceſſiue in hirſuta et laeuia mutentur.

Aparine ſemine coriandri ſaccharato *Boerh.* quam varietatem modo eſſe ſcribit *Linnaeus* in *H. Cliff.* differt omnino ſeminibus tuberculata ſuperficie praeditis, et videtur genuina hujus generis ſpecies, licet eandem in *H. Vſp.* toto genere ſeparauerit et ad Valantiam retulerit. Hermaphroditos vero et maſculos flores nunquam obſeruauimus.

GALLIVM. D. G. 11.

7. Gallium foliis quaternis, floribus in alis confertis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257. Hall. 462.*

Gallium latifolium, Cruciata quibusdam, flore luteo *I. B. III. b. 717.*

Cruciata *Dod. 353.*

Cruciata hirſuta *C. B. P. 335. Moriſ. III. 328. ſ. 9. t. 29. f. 1. ic. b. Tourn. 115.*

Valantia floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis *Linn. H. Vpſ. 303.*

*Meyerkraut, gülden Waldmeiſter, gelb Creutzkraut.*

In dumetis et ad ſepes frequens *auf dem Gickerlingsberge*, floret Aprili, Majo, perennis.

*Linnaeus* in Generum editione prima Cruciatam ad Gallium refert, in altera vero Valantiam et Cruciatam *Tourn.* conjungit et a Gallio diſtinguit, quia mares et hermaphroditos flores adeſſe exiſtimat. Aſt, licet adſint maſculi, illos a nimia floſculorum copia et hinc deficiente ſucco nutritio oriri, autumamus, ita vt ſemen in quibusdam modo appareat imperfectum.

8. Gallium foliis octonis, graciliſſimis confertiſſimis, ſpica flaua caulem terminante *Hall. 461.*

Galion *Matth. 792. optime.*

Gallium *I. Tab. 432. ead.*

Gallium verum *I. B. III. b. 720.*

Gallium luteum *C B. P. 335. Boerh. I. 148.*

Galium caule erecto, foliis plurimis verticillatis linearibus *Linn. Fl. Lapp. 61.*

Galium foliis plurimis linearibus, ramis floriferis breuioribus *Linn. Cliff. 34. Roy. 256.*

*Labkraut,*

*Labkraut*, *Waldſtroh*, *unſer Frauen Bettſtroh*, *Meyerkraut.*

In pratis et ad vias frequens, floret aeſtate, perennis.

Admiſtam lac ſeparare et hinc Galium veteres dixiſſe, auctor eſt *Dodonaeus 351.*

9. Gallium caulibus diffuſis, foliis quaternis verticillatis *Linn. Fl. Lapp. 59. Roy. 257.*

Gallium paluſtre album *C. B. P. 335.*

Galium altiſſimum, foliis quaternis obtuſis *Hall. 461.*

Galium foliis quaternis, obuerſe ouatis inaequalibus, caulibus diffuſis *Linn. Fl. Suec. 119.*

Cnm praecedente.

*Ruppius* ad Aſperulam retulit, cum autem corolla tubo cylindrico deſtituatur, ab illa diſtingui debet. *Tournefortius* Cruciatam dixit, charactere a foliis deſumto, fructificationis enim partes eaedem ſunt.

10. Gallium caule erecto, foliis quaternis verticillatis lanceolatis trinerueis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257. Hall. 459.*

Rubia erecta quadrifolia *I. B. III. b. 716.*

Rubia pratenſis laeuis acutis foliis *C. B. P. 333 Pr. 145.*

Cruciata glabra folio neruoſo flore lacteo *Boerh. I. 148.*

In pratis paſſim, floret Maj. Iun. annua.

11. Gallium caule quadrangulo, foliis octonis glabris acuminatis *Hall. 461.*

Galium foliis plurimis acutis, caule flaccido, ramis patentiſſimis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257.*

Rubia ſylueſtris *Matth. 659. ic. b. Tab. 1178. ead.*

Rubia anguloſa aſpera *I. B. III. b. 715.*

Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium *C. B. P. 334.*

In pratis et ad ſepes paſſim, Iun. Iul. perennis.

12. Gallium - - - - - - -

Gallium altiſſimum montanum foliis anguſtis albicantibus *Rupp. 5.*

An Gallium ſaxatile glauco folio *Bocc. Muſ. t. 116.*

In ſyluis montoſis, *in Bienitz auf dem Hügel* floret Iun. Iul. perennis.

*Hallerus* varietatem Galii foliis ſenis vel nouenis ſubaſperis ſpinula terminatis *p. 460.* eſſe tradit, differt tamen caule erecto, praealto, ramorum vim vix ſuſtinente, foliis durioribus, ſplendentibus.

Hujus vera deſideratur icon.

13. Gallium - - - - - - -

Gallium album latifolium ſyluaticum *Rupp. 4.*

Mollugo *Cluſ. Hiſt. CLXXVI. pulchre.*

Mollugo montana latifolia ramoſa *C. B. P. 334.*

Cum praecedente, et *im Roſenthale, Univerſitæts Holze,* floret Iunio, perennis.

An Matriſylua vera ſit, ſiue Hepatica ſtellata dubitat *Ruppius*, licet hoc nomine in officinis aſſervetur.

## ASPERVLA. D. G. 13.

14. Aſperula foliis ſenis, ſemine dentato.

Aſperula coerulea repens *Boerh. I. 149.*

Rubeola aruenſis repens coerulea *C. B. P. 334. Pr. 145.*

Sherardia *Dill. Giſſ. app. 96. f. 3. Linn. Cliff. 33. Roy. 257. Hall. 457.*

In agris cultis *bey Golitz,* floret Iul. Aug. annua.

Modo florendi cum Aſperulis conuenit, differt modo ſemine in ſummitate coronato vel dentato; ſaepe flore purpuraſcente variat.

15. Aſperula

15. Aſperula foliis pluribus, floribus ſeſſilibus *Linn. Cliff. 33. Roy. 255.*
Aſperula coerulea aruenſis *C. B. P. 339.*
Aſperula coerulea erecta *Boerh. I. 149.*
Aſperula foliis ſenis longis et obtuſis *Hall. 457.*
Rubia coerulea erectior elatiorue *I. B. III. b. 719.*
In agris et aruis *hinter dem Gickerlingsberge*, Majo, annua.

SANGVISORBA. D. G. 19.

16. Sanguiſorba tetranthera, foliolis cordatis, ſpica breui.
Sanguiſorba major *Tab. 316. ic. Matth.*
Sanguiſorba major flore ſpadiceo *I. B. III. b. 120.*
Sanguiſorba ſpicis ouatis *Linn. Cliff. 37. Roy. 240.*
Pimpinella ſanguiſorba major *Matth. 729. C. B. P. 160. Moriſ. III. 264. ſ. 18. t. 18. f. 7. bene. Tourn. 156.*
Pimpinella tetraſtemon, foliis oblonge cordatis, ſpica breui *Hall. 469.*
*Bluttröpfgen, Sperbenkraut.*
In pratis frequens, *nach dem Kuhthurme*, floret aeſtate, perennis.

17. Sanguiſorba polyanthera, foliolis ouatis, ſpica breui.
Sanguiſorba minor *Tab. 316. ic. Matth. I. B. III. b. 116.*
Pimpinella ſanguiſorba minor *Matth. 730. bene.*
Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta *C. B. P. 160. Tourn. 157. Boerh. II. 99.*
Pimpinella polyſtemon, pinnis ouatis ſerratis, ſpica breui *Hall. 470.*
Poterium inerme *Linn. Cliff. 446.* filamentis longiſſimis *Roy. 240.*
*Var.* Pimpinella ſanguiſorba minor laeuis *C. B. P.*

In montoſis aſperis, inprimis varietas olim frequens inuenta fuit *in der Grube bey Meckern*, floret aeſtate, perennis.

PLANTAGO. D.G. 22.

18. Plantago foliis ouatis glabris *Linn. Cliff. 36. Roy. 401. Hall. 472.*

Plantago major *Matth. 375. Tab. 1107. Dod. 107.*

Plantago major folio glabro non laciniato *I. B. III. b. 502.*

Plantago latifolia glabra *C. B. P. 189. Moriſ. III. 258. ſ. 8. t. 15. f. 2. Tourn. 126.*

Plantago ſcapo ſpicato, foliis ouatis *Linn. Fl. Lapp. 62.*

*Wegerich, Wegebreit.*

Vbique ad vias, floret aeſtate, perennis.

Mire variat haec ſpecies quoad magnitudinem; vidimus perfectam plantam vngue breuiorem, vidimus quoque eandem caule maxime exſurgente, prior in aridis, poſterior in pinguibus locis deprehenditur. Folia, dum pumila eſt, integerrima, major vero ſerrata obtinet. Sinuatus foliorum margo non ſemper idem, ſed varius deprehenditur.

19. Plantago foliis lanceolatis, ſpica ſubouata *Linn. Cliff. 36. Roy. 401. Hall. 471.*

Plantago longa *Matth. 376.*

Plantago lanceolata *Tab. 1111. ic. Matth. I. B. III. b. 505.*

Plantago anguſtifolia major *C. B. P. 189. Moriſ. III. 259. ſ. 8. t. 15. f. 9. Tourn. 127. Boerh. II. 100.*

*Var.* Plantago anguſtifolia minor *C. B. P.*

Cum praecedente.

Varietas in aridis ſyluarum locis obuia *Linnaeo* in *Fl. Suec. 125.* ſpecies ſingularis eſt, et Plantago foliis lanceolatis longitudine ſcapi, ſpica oblonga dicitur.

Verum

Verum folia piloſa et radix vertice lanata non ejusmodi characteres ſunt, qui ſpeciem plantae definiunt. *Wachendorffius H. Vltr. p. 25.* quoque praecedentis varietatem eſſe exiſtimat.

## *B. DISTYLA.*

### CVSCVTA. D. G. 26.

20. Cuſcuta *Matth. 879.*
 Cuſcuta major *C. B. P. 219. Tourn. 652.*
 Cuſcuta nuda repens filiformis *Linn. Fl. Suec. 138.*
 Caſſutha *Tab. 1302. ic. Matth. Dod. 545. bene. I. B. III. 266.*

*Var.* Cuſcuta minor *Tourn.*

*Flachsſeide, Frauenhaar.*

Variis plantis, vt Vrticae, Lupulo, Lino plurimis in locis adnaſcitur, hinc varia nomina, quorum maxime ſolemne eſt Epithymum, ſiue Cuſcuta Thymo adnata. Podagra Lini *Caeſalpino* dicitur. Floret Majo, Iunio, annua.

Sine foliis creſcit, nec hactenus radix, neque ejus in terra veſtigia reperta fuere, licet ex ſemine proprio atque deciduo progerminet. Hinc probabile videtur, euolutam atque paululum auctam plantam ſua radice deſtitui, et ex plantis, quas ſcandendo amplectitur, ſuccos ſuos haurire. Qua de cauſa etiam partium elementarium mixtionem variare deprehendimus, pro plantarum indole diuerſa. Cuſcutam Majoranæ, Maro Syriaco, Chamaedri adnatam, harum plantarum ſpecifico fragrantique odore et ſapore inſignem ſaepius collegit *Cel. Gleditſchius.*

# IV. PENTANTHERAE.

## *MONOSTYLAE.*

### BORRAGO. D. G. 31.

21. Borrago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus *Linn. H. Vpſ. 34.*
Borrago *Tab. 801. ic. Matth. Dod. 616.*
Borrago hortenſis *Moriſ. III. 437. ſ. 11. t. 26. f. 1.*
Borrago floribus coeruleis *I. B. III. b. 574. Tourn. 133. Boerh. I. 188.*
Borrago calycibus patentibus *Linn. Cliff. 44. Roy. 403. Hall. 524.*
Bugloſſum ſiue Borrago *Matth. 825.*
Bugloſſum latifolium, Borrago *C. B. P. 256.*
*Var.* Borrago flore albo *Tourn.*
*Borragen, Borretſch, Wohlgemuth.*

Licet non ſit indigena, ſaepe tamen inuenitur, vbi purgamenta hortorum reiiciuntur, vt *im Poeten-Gange*, floret Iun. Iul. annua.

De ſuperſtitioſa febres curandi ratione, Borragine vid. *Tabernaemontanus.*

### BVGLOSSVM. D. G. 32.

22. Bugloſſum floribus longe ſpicatis *Hall. 523.*
Bugloſſum vulgare *Matth. 825.*
Bugloſſum anguſtifolium majus *C. B. P. 256.*
Bugloſſa vulgaris *Tab. 803. Dod. 617.*
Anchuſa foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis *Linn. Cliff. 46. Roy. 406.*
*Var.* Bugloſſum anguſtifolium majus flore albo *Tourn.*
*Ochſenzunge.*

In pratis, ſed rarius *auf der Funckenburg*, Majo, Iunio, biennis.

23. Bugloſ-

23. Bugloſſum floribus alaribus, radice rubra.
Lithoſpermum aruenſe radice rubra *C. B. P. 258. Linn. Fl. Lapp. 73.*
Lithoſpermum ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus *Linn. Cliff. 46. Roy. 405. Hall. 518.*
Anchuſa aruenſis minor facie Milii folis *Tab. 1233. ic. b.*
Echioides flore albo *Riv. mon. optime.*
*Schminkwurzel.*

In aruis et inter ſegetes, floret April. Maj. Octobri quandoque refloret, annua.

Puellas elegantiae formae ſtudioſas in Norlandia radices recentes leuiter lotas, loco coſmetici adhibere refert *Linnaeus.*

Cum Bugloſſo in omnibus conuenit, non irregularem florem habet, neque ad Echioidem pertinere, oſtendit *Dillenius*, a Lithoſpermo differt ſeminibus rugoſis.

24. Bugloſſum foliis lingulatis ſinuatis, tubo floris inflexo.
Bugloſſum ſylueſtre minus *C. B. P. 256. Tourn. 134.*
Bugloſſa ſylueſtris *Dod. 617.*
Echioides *Riv. mon. pulchre.*
Lycopſis foliis lanceolatis, calycibus fructuum erectis *Linn. Cliff. 44. Roy. 404.*
Lycopſis foliis lingulatis ſinuatis, coeruleo flore *Hall. 523.*

In agris arenoſis et oleraceis, aeſtate tota floret, annua.

CYNOGLOSSVM. D. G. 33.

25. Cynogloſſum foliis amplexicaulibus lingulatis mollibus hirſutis *Hall. 521.*
Cynogloſſum vulgare *Matth. 827. ic. b.*

Cynogloſ-

Cynogloſſum vulgare majus *C. B. P. 257. Boerh. I. 192.*

Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis *Linn. Cliff. 47.*

Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis, corollis calycem aequantibus *Roy. 406.*

*Hundszunge.*

*Um Gunnewitz* et circa pagos plures interdum, Iulio, biennis.

Odor plantae narcoticus.

26. Cynogloſſum foliis anguſtius petiolatis hirſutis ſubaſperis *Hall. 522.*

Cynogloſſum montanum virenti folio majori flore *Tourn. 139.*

Cynogloſſa folio virenti *I. B. III. 600.*

Cynogloſſa media altera flore rubro *Col. Ecphr. I. 175.*

*An dem Damme bey dem Gunnewitzer Teiche.* A praecedente differt habitu duriore, viridibus foliis, hirſutis, neque mollibus.

27. Cynogloſſum foliis lingulatis hirſutis, ſubaſperis, floris minimi tubo longiore *Hall. 521.*

Cynogloſſum minus *C. B. P. 257. I. B. III. 600. Boerh. I. 192.*

Heliotropium minus tertium *Tab. 938. ic. b.*

Lappula *Rivini Rupp. 12.*

Lithoſpermum ſeminibus echinatis *Linn. Cliff. 46. Roy. 405.*

Myoſotis ſeminibus aculeis triglochidibus *Linn. Fl. Suec. 150.*

Ad ſepes vt *bey der Leim-Grube*, floret aeſtate, annua.

Ob

Ob ſemina lappacea inter Bugloſſa referri nequit, neque nouum inde genus debet conſtitui, licet eadem longioribus et tenuioribus aculeis, quam in aliis Cynogloſſae ſpeciebus armata ſint, neque ad Lithoſpermum pertinet. Hoc enim ſemina leuia habet, eſſentia vero Cynogloſſi in ſemine echinato conſiſtit.

SYMPHYTVM. D. G. 35.

28. Symphitum foliis ouato lanceolatis, caule alato *Hall. 514.*

Symphitum majus ſ. Conſolida major *Matth. 683. bene. C. B. P. 259. I. B. III. b. 593.*

Symphitum ſiue Conſolida major flore albo, quae foemina *Tourn. 138. Boerh. I. 195.*

Symphitum foliis ouato lanceolatis *Linn. Cliff. 47. Roy. 407.*

*Walwurtz, Schwartzwurtz.*

Amat loca humida et pinguia prata *auf den Golitzer Wieſen*, floret Maj. Iun. perennis.

Conſolida major dicitur pharmaceutis, eſtque ob copioſam mucilaginem incraſſans.

Symphitum flore purpureo ſaltem eſt varietas, nondum enim conſtat, quid ſit Symphitum radice tuberoſa *Matth. 683.* Miror, *Linnaeum*, vt varietatem illud huc referre.

PVLMONARIA. D. G. 37.

29. Pulmonaria foliis radicalibus ouato cordatis *Linn. Cliff. 44. Roy. 403. Hall. 516.*

Pulmonaria altera *Matth. 733. ic. b.*

Pulmonaria maculoſa ſecunda *Tab. 948.*

Pulmonaria vulgaris maculoſo folio *Cluſ. Hiſt. II. 169. optime.*

Symphitum maculoſum ſ. Pulmonaria latifolia *C. B. P. 259. Moriſ. III. 444. ſ. 11. t. 29. f. 8.*

Var.

*Var.* 1) Pulmonaria latifolia flore albo *Boerh. I. 193.*
2) Pulmonaria folio non maculoſo *Boerh.*
*Lungenkraut*, *Hirſchmangolt.*

Floret in ſyluis et inter fruticeta *im Zſchocheriſchen und Schambergiſchen Höltzgen*, rarius, vulgaris var. 2. *im Roſenthale.* Mart. April. perennat.

Maculae ſaepius minutiſſimae, aliquando modo punctata folia ſiſtunt.

30. Pulmonaria foliis radicalibus ouato lanceolatis inferius decurrentibus.

Pulmonaria Plinii anguſtifolia *Tab. 948. bene.*

Pulmonaria anguſtifolia rubente coeruleo flore *C. B. P. 260. Moriſ. III. 444. ſ. 11. t. 29. f. 10.*

Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis *Linn. Cliff. 44. Roy. 404.*

Pulmonaria foliis radicalibus linguiformibus *Hall. 517.*

In montoſis ſyluis *in Bienitz*, viget Aprili, perennis.

Flores et in hac coerulei et rubicundi mixti quidem, ſed multo viuidioris coloris ſunt.

Variat et haec foliis maculatis, maculae vero ſunt latiſſimae cinereae.

An haec a priori diuerſa ſit, dubitat *Linnaeus*, ſed per plures annos et in horto perdurat, mutata minime facie.

## HELIOTROPIVM. D. G. 39.

31. Heliotropium foliis glabris.

Heliotropium minus anguſtifolium paluſtre *Boerh. I. 190.*

Echium ſcorpioides paluſtre *C. B. P. 254.*

Myoſotis foliis glabris *Linn. Cliff. 46.*

Scorpiurus paluſtris perennis viridioribus foliis *Moriſ. III. 450. ſ. 11. t. 3. f. 4. optime.*

Scorpiurus perennis, floribus majoribus *Hall. 520.*
*Var.* Myoſotis paluſtris major flore albo *Rupp. 10.*
*Vergiß mein nicht, Blau Mausoehrlein.*

In ſyluis et paludoſis vbique, varietas *im Roſenthale*, floret Maj. Iun. videtur perennis.

32. Heliotropium foliis hirſutis.

Heliotropium minus anguſtifolium aruenſe ſubhirſutum *Boerh. I. 190.*
Echium ſcorpioides aruenſe *C. B. P. 254.*
Scorpiurus annuus aruenſis hirſutus coeruleus *Moriſ. III. 450. ſ. 11. t. 3. f. 1.*
Scorpiurus annuus, paruo flore *Hall. 519.*
Myoſotis foliis hirſutis *Linn. Cliff. 45.*
Myoſotis foliorum apicibus calloſis *Roy. 404. Linn. Fl. Suec. 149.*

In agris et aridioribus locis, toto fere anno floret. Binas haſce ſpecies *Linnaeus* in *H. Cliff.* ſeorſim proponit, conjungit vero illas iterum in *Fl. Suec.*, vt varietates, id quod et ante eum jam fecerat *Royenus*, denuo eas diſtinguit *Hallerus*. An vere conueniant et modo variae a loco aquoſo oriantur, qui plantae magnitudinem augeat, hirſutiem deſtruat, et corollam expandat, certo definire quidem non audeo; hoc tamen ſcio, poſteriorem praecocem eſſe, namque floret priore nedum quidem cauleſcente, ſed hoc de primo vere modo verum eſt, namque et poſterior aeſtate ſuos exhibet flores. Myoſotis vero ſylvatica praecox *Rupp.* non differt ab vltima, ſed dum in locis vmbroſis creſcit, mutata deprehenditur.

## ANAGALLIS. D. G. 41.

33. Anagallis foliis ouatis, flore phoeniceo.

Anagallis phoenicea *Tab. 1292. C. B. P. 252. Moriſ. II. 568. ſ. 5. t. 26. Boerh. I. 204. Hall. 481.*

Anagallis

Anagallis foliis ouatis *Linn. Cliff.* 52.

Anagallis foliis indiuiſis *Roy.* 416. *Linn. Fl. Suec.* 169.

*Grundheil, Heil aller Welt.*

In aruis et inter ſegetes, floret Iun. Iul. annua. Semel Anagallidem flore pleno in ipſis agris natam, inueni. Quae flore coeruleo eſt, veram eſſe ſpeciem, contra *Linnaeum*, qui cum *Moriſono* varietates eſſe contendit, aſſerit *Hallerus*; et certe ſata colorem nunquam mutauit.

LYSIMACHIA. D. G. 42.

34. Lyſimachia foliis lanceolatis, racemo compoſito terminatrice *Roy.* 415. *Linn. Fl. Suec.* 166.

Lyſimachia lutea communis *Cluſ. hiſt. L. ic. b.*

Lyſimachia lutea major *C. B. P.* 245. *Boerh.* I. 202.

Lyſimachia foliis lanceolatis, corymbo terminatrici *Linn. Cliff.* 51.

Lyſimachia foliis ouato lanceolatis, floribus ad ſummos ramos ſpicatis *Hall.* 480.

Floret Iul. Aug. ad ripas fluuiorum et in ſalicetis perennis.

Foliis binis, ternis, quaternis, quandoque quinis exornata reperitur, ex quibus *Tournefort. p.* 245. tot diuerſas effecit ſpecies. Caules vtplurimum quatuor, rami duo tantum folia habent.

35. Lyſimachia racemis ſimplicibus lateralibus *Linn. Vir.* 13. *Roy.* 416. *Linn. Fl. Suec.* 167.

Lyſimachia lutea tertia ſ. minor *Cluſ. hiſt.* LIII. *optime.*

Lyſimachia bifolia flore globoſo luteo *C. B. P.* 245. *Boerh.* 202.

Lyſimachia ex alis foliorum thyrſifera *Linn. Fl. Lapp.* 82. *Cliff.* 52.

In

In locis paludoſis *in der Grube vor Pfaffendorf*, viget Iul. Aug. perennis.

Radicem naturaliter verticillatam habet, ex qua fibrae prodeunt plurimae, ea vero in ſicciori ſolo nata, ramoſa fit.

36. Lyſimachia foliis ſubrotundis, floribus ſolitariis, caule repente *Linn. Cliff. 52. Roy. 416. Hall. 481.*

Nummularia *Matth. 716. ic. b. Dod. 590.*

Nummularia major *Tab. 1261.*

Nummularia major lutea *C. B. P. 309. Boerh. I. 203.*
*Wieſengeld, Pfennigkraut.*

Circa frutices in locis humidis, *im Zſchocheriſchen Holze*, floret Iun. Iul. perennis.

Major et minor *Tabern.* varietates ſunt; minorem in ſicciori ſolo aliquando obſeruauimus.

## HOTTONIA. D. G. 45.

37. Hottonia *Boerh. I. 207. Linn. Cliff. 51. Roy. 415. Hall. 487.*

Myriophyllum alterum *Matth. 812. bene.*

Foeniculum aquaticum II. *Tab. 186. eadem.*

Millefolium aquaticum equiſetifolium caule nudo *C. B. P. 141.*
*Waſſerfenchel.*

In paludibus et ſcrobibus *bey dem Roſenthale, Pfaffendorf*, floret Maj. Iun. perennis.

## PRIMVLA. D. G. 50.

38. Primula foliis rugoſis hirſutis, ſpica inclinata, flore pallido majori inodoro *Hall. 483.*

Primula veris altera *Matth. 802. ic. b.*

Primula ſylueſtris III. *Tab. 700. ic. Matth.*

Primula veris pallido flore elatior *Tourn. 124. Boerh. I. 199.*

Primula foliis denticulatis rugoſis, limbo corollarum plano *Linn. Cliff* 51.

Verbaſculum pratenſe vel ſyluaticum inodorum *C.B.P. 241. Moriſ. II. 554. ſ. 11. t. 21. f. 1. hanc et ſequentem una icone exprimit.*

*Schlüſſelblumen, Himmelſchlüſſel.*

In pratis humidioribus, Mart. April. perennis.

39. Primula foliis rugoſis hirſutis, ſpica inclinata, flore flauo majori, *potius minori*, odoro *Hall.* 483.

Primula veris *Matth.* 801. *Tab.* 699. *eadem.*

Primula veris vmbellata odorata pratenſis *Boerh. I.* 199.

Primula foliis denticulatis rugoſis *Roy.* 415. limbo corollarum concauo *Linn. Cliff.* 51.

Verbaſculum pratenſe odoratum *C.B.P.* 241.

In pratis ſiccioribus *bey Gonnewitz, Bienitz*, floret Aprili, Maj. perennis.

Artificium Ruſſorum, ſpiritum ex hac herba eliciendi fuſiori oratione deſcribit *Gmelinus l. c.*

SELINVM. D. G. 665.

475. Selinum pinnis ad angulos obtuſos pinnatis, pinnulis inciſis, non ſerratis *Hall. 444. Linn. Fl. Suec. 228.*

Selinum foliis ouato acutis, acute ſerratis et inciſis *Linn. Cliff. 92. Roy. 106.*

Apium montanum nigrum *I. B. III. b. 104.*

Apium montanum folio ampliore *C. B. P. 153.*

Oreoſelinum *Cluſ. Hiſt. II. 195. Riv. pent. bene.*

Oreoſelinum majus *Moriſ. III. 317. ſ. 9. t. 17. f. 1.*

Oreoſelinum Apii folio minus *Tourn. 318. Boerh. I. 68.*

In montoſis paſcuis, *auf dem Gickerlingsberge*, floret Iul. perennis.

Radix ſetaceis pilis ornata, pinnae foliorum ſemper reflexae.

Quid ſit illud Gummi album odoratum, ex vmbellulis aeſtiuis menſibus exſudans, de quo *Seguier Veron. Plant. Voll. II. p. 31.* nos latet. In radice Gummi reſina certe haeret.

476. Selinum pinnis pinnatis, pinnulis appendiculatis, circumſerratis, triangularibus *Hall. 444.*

Selinum foliis radicalibus ouatis, inaequaliter ſerratis *Linn. Cliff. 92. Roy. 106.*

Daucum

Daucum II. *Matth. 570.*
Libanotis Theophraſti nigra *Tab. 313. ead.*
Libanotis altera quorundam, aliis dicta Ceruaria nigra *I. B. III. b. 165.*
Daucus montanus Apii folio major *C. B. P. 150.*
Ceruaria *Riv. pent.*
Gentiana nigra officinar.

In montoſis paſſim, *im Bienitz an der Wieſe*, floret Iul. perennis.

Radice ſetis coronata, foliorum pinnulis pinnatis, ad baſin appendicibus donatis, et pinnula impari pluries incifa facile cognoſcitur.

477. Selinum radice fuſiformi multiplici, involucro vniuerſali ampliſſimo *Hall. 443.*
Selinum radice fuſiformi multiplici *Linn. Cliff. 93. Roy. 106.*
Apium ſylueſtre lacteo ſucco turgens *C. B. P. 153.*
Apium ſylueſtre Dodonaei, Thyſſelinum quorundam *I. B. III. b. 188.*
Thyſſelinum *Riv. pent.* Plinii *Tourn. 319. Boerh. I. 67.*
*Oelſenich.*

In pratis paludoſis, *hinter Schönfeld*, floret Iun. Iul. perennis.

Lacteſcens haec planta in noſtris campis inuolucrum vniuerſale poſſidet, hinc potius hoc quam alterum *Halleri* nomen, calice vniuerſali nullo aſſumſimus. *Vid. Gmel. I. 204. t. 48.*

478. Selinum leuiter lacteſcens, radice vnica *Hall. 443.*
Selinum paluſtre leuiſſime lacteſcens *Linn. Cliff. 92. Roy. 106. Gmel. I. 204.*
Seſeli paluſtre lacteſcens *C. B. P. 162. Prodr. 85. I. B. III. b. 189.*

Thyſſelinum paluſtre *Tourn. 319. Boerh. I. 67.*
Thyſſelinum anguſtifolium *Riv. pent.*
In alnetis et paludoſis locis.
Succus plantae lacteus, radice vnica et foliis multo anguſtioribus a priori differt.
Confuſio inſignis ſynonymorum, vt nec *Linnaeus*, nec *Hallerus* eam extricare potuerit.

## PEVCEDANVM. D. G. 668.

479. Peucedanum foliolis quinquies tripartitis, lineari ſubulatis, integerrimis *Linn. Cliff. 93. Roy. 98. Gmel. I. 188.*
Peucedanum *Matth. 579. Tab. 163. ead. Riv. pent. bene.*
Peucedanum germanicum *C. B. P. 149. Tourn. 318. Boerh. I. 66.*
Peucedanum minus germanicum *I. B. III. b. 36.*
Peucedanum majus breuioribus foliis germanicum *Moriſ. III. 312. ſ. 9. t. 15. f. 2.*
*Schweffelwurz, Haarſtrang, Saufenchel.*
In pratis pinguioribus et montoſis dumetis, *nach Raſchwitz*, ad pagos *groſ und klein Zſchocher*, Iul. perennis.

480. Peucedanum pinnis duplicato pinnatis, foliolis latiuſculis, longe trifidis *Hall. 442.*
Peucedanum foliis pinnatim diuiſis, laciniis oppoſitis *Linn. Cliff. 94. Roy. 98. Gmel. I. 189.*
Hippomarathrum I. *Tab. 160.*
Silaum quibusdam flore luteolo *I. B. III. b. 170. Boerh. I. 51.*
Seſeli pratenſe, Silaus forte Plinio *C. B. P. 162.*
Seſeli pratenſe *Riv. pent.*
*Baerwurz, Roſſkümmel.*
In pratis, *auf der Pfingſtwieſe*, floret Iun. Iul. perennis.

Pinna-

Pinnarum paria tria ad quatuor, pinnulae primo rifidae, deinde ſimplices, generale inuolucrum nulum, pro partiali nonnulla foliola.

## FOENICVLVM. D. G. 669.

481. Foeniculum *Matth. 568. Tab. 147. Riv. pent. Hall. 425.*

Foeniculum vulgare germanicum *C. B. P. 147. Moriſ. III. 270. ſ. 9. t. 2. f. 1. Tourn. 311. Boerh. I. 48.*

Anethum fructu ouato *Linn. Cliff. 106. Roy. 116.*

Magna in hac planta varietas, a diuerſo ſapore exorta, hinc

*Var.* 1) Foeniculum dulce *C. B. P.*

2) Foeniculum vulgare Italicum guſtu acuto *C. B. P.*

*Fenchel.*

Seritur et in agris oleraceis quandoque ſponte naſcitur. Maxima pars agri circa vrbem *Lüzen* hac planta abundat, vbi colitur, Iul. annua.

## CARVM. D. G. 671.

482. Carum *Matth. 553. Tab. 142. ead. Moriſ. III. 296. ſ. 9. t. 9. f. 1. Riv. pent. Linn. Cliff. 106. Roy. 116. Hall. 428. Gmel. I. 220.*

Caros *I. B. III. b. 69.*

Cuminum pratenſe, Carui offic. *C. B. P. 158.*

Carui *Tourn. 306. Boerh. I. 59.*

*Carwen, Wieſen oder Feldkümmel.*

In pratis et laetis campis, *auf den Roſenthaler Wieſen*, Maj. Iun. annua.

Flore rubro aliquando in campeſtribus obſeruata fuit.

Folia pinnata, pinnulis primis circa coſtam ſe decuſſantibus.

## PIMPINELLA. D. G. 672.

483. Pimpinella pinnis ſemilobatis, circumſerratis.

Pimpinella ſaxifraga *Matth. 729.*

Pimpinella ſaxifraga major, vmbella candida *C. B. P. 159. Moriſ. Vmb. t. 5. folium.*

Pimpinella *Riv. pent.*

Tragoſelinum majus *Tab. 255. ic. Matth.*

Tragoſelinum pinnis ſemilobatis, circumſerratis *Hall. 428.*

Saxifraga hircina major *I. B. III. b. 109.*

*Var.* Pimtinella flore rubro *Riv. pent.*

Ad ſepes paſſim, floret Maj. Iun. perennis.

Folia pinnata, pinnis primis triangularibus, ſerratis, vltimo foliolo trifido, ſuperiora anguſtiora ſunt.

484. Pimpinella pinnis ſubrotundis circumſerratis.

Pimpinella minor *Matth. 729.*

Pimpinella ſaxifraga major altera *C. B. P. 159.*

Pimpinella minor *Moriſ. Vmb. t. 5. Riv. pent.*

Tragoſelinum minus *Tab. 255. ic. Matth.*

Tragoſelinum pinnis ſubrotundis circumſerratis *Hall. 429.*

Saxifraga hircina minor foliis Sanguiſorbae *I. B. III. b. 111.*

Cum priori, a qua differt, foliis durioribus, minoribus, pinnis non inciſis, ſed modo ſerratis, et ad Sanguiſorbam magis accedentibus.

485. Pimpinella pinnis laciniatis, ſuperius tenuiſſimis.

Pimpinella criſpa ſiue petraea *Tab. 255.*

Pimpinella ſaxifraga minor *C. B. P. 160.*

Pimpinella ſaxifraga minor criſpa *Moriſ. Vmb. t. 5.*

Pimpi-

Pimpinella media *Riv. pent.*

Tragoſelinum pinnis laciniatis, ſuperius tenuiſſimis *Hall. 429. Gmel. I. 220.*

In locis tenui gramine veſtitis.

Differt a reliquis, foliis ad caulem pinnatis, pinnis ipſis pinnatis, pinnulis diuiſis.

Verum foliis et magnitudine mire ludit haec planta, hinc omnes ſub vnica ſpecie comprehendit *Linnaeus Cliff. 106.* et *Royenus 119.* ſeparatim tamen illas tradit *Hallerus*, cum nondum demonſtratum ſit, vnam in aliam cultu degeneraſſe.

486. Pimpinella caule non ramoſo, foliis tenuiſſime diuiſis, pinnulis vltimis tripartitis.

Angelica ſaxifraga tenuifolia *C. B. P. 160. Prodr. 84. I. B. III. b. 114.*

Pimpinella tenuifolia *Riv. pent. Rupp. 286.*

In collibus apricis, *bey der Hügelskirche*, floret Aug.

Non raro aut tota ſanguinea, aut e ruſo nigricans euadit. Conf. *Hallerus p. 430.*

SCANDIX. D. G. 673.

487. Scandix foliis omnibus tenuiſſime diuiſis *Hall. 454.*

Scandix *Tab. 288. ic. Matth. Riv. pent. bene.*

Scandix ſemine roſtrato vulgaris *C. B. P. 152. Moriſ. III. 304. ſ. 9. t. 11. f. 1. Tourn. 326. Boerh. I. 70.*

Scandix ſeminibus roſtro longiſſimo extenſis *Linn. Cliff. 101. Roy. 111.*

Pecten Veneris *Matth. 403. I. B. III. b. 71.*

*Nadelkörbel, Hechelkam, Schnabelmöhren.*

In agris paſſim inter ſegetes, floret aeſtate, annua.

MYRRHIS. D. G. 674.

488. Myrrhis pinnulis ſemipinnatis, ordinatim decreſcentibus *Hall. 453.*

Myrrhis

Myrrhis annua ſemine ſtriato laeui *Tourn. 315. Boerh. I. 69.*

Myrrhis *Riv. pent.*

Cerefolium ſylueſtre *Tab. 284. ic. b.*

Anthriſcus Plinii quibusdam ſemine longo Cicutariae vel Chaerophylli *I. B. III. b. 70.*

Chaerophyllum ſylueſtre *C. B. P. 152.*

Chaerophyllum caule maculato, geniculis tumidis *Linn. Cliff. 102. Roy. 111.*

Ad ſepes ubique, *nach den Kohlgærten*, floret Maj. annua.

489. Myrrhis foliis glabris, radice rotunda, carnoſa *Hall. 453.*

Myrrhis annua ſemine ſtriato laeui, tuberoſa nodoſa, coniophyllon *Moriſ. III. 302. ſ. 9. t. 10. f. 8. Tourn. 315. Boerh. I. 69.*

Myrrhis foetens *Riv. pent.*

Cicutaria odorata bulboſa *I. B. III. b. 183.*

Cicutaria bulboſa *C. B. P. 161.*

Chaerophyllum radice turbinata, carnoſa *Linn. Cliff. 102. Roy. 112. Gmel. I. 211.*

*Peperle.*

Ad ſepes vbique, Majo, Iun. annua.

Radices hujus plantae rotundas, antequam cauleſcunt, plurimi comedunt. Attamen dolores capitis excitare *Cluſius Hiſt. II. p. 200.* monet.

490. Myrrhis ſeminibus ſtriatis longiſſimis *Hall. 453.*

Myrrhis paluſtris *Riv. pent.*

Cicutaria latifolia hirſuta *I. B. III. b. 182.*

Cicutaria paluſtris latifolia alba *C. B. P. 161.*

Cerefolium latifolium hirſutum album et rubrum *Moriſ. III. 304. ſ. 9. t. 10. f. 6.*

Ad riuulos paſſim, Maj. Iun. perennis

CHAE-

CHAEROPHYLLVM. D.G. 675.

491. Chaerophyllum ſeminibus leuibus, nitidis, neruo foliorum ſubhirſuto *Hall. 452.*

Chaerophyllum ſylueſtre perenne Cicutae folio *Tourn. 314. Boerh. I. 70.*

Chaerophyllum ſeminibus laeuibus nitidis, petiolis ramiferis ſimplicibus *Linn. Cliff. 101. Roy. 112.*

Myrrhis ſylueſtris ſeminibus laeuibus *C. B. P. 160.*

Cicutaria vulgaris *I. B. III. b. 181.*

Cerefolium ſylueſtre *Riv. pent.*

In pratis et inter frutices, *in der Leimgrube*, floret Majo, annua.

Venenatam eſſe plantam teſtantur auctores.

492. Chaerophyllum ſeminibus laeuibus, vmbellis ad nodos ſeſſilibus.

Chaerophyllum *I. B. III. b. 75.*

Chaerophyllum ſatiuum *C. B. P. 152. Tourn. 314. Boerh. I. 70.*

Cerefolium *Matth. 402. Tab. 283. ead. Riv. pent.*

Cerefolium ſatiuum *Moriſ. III. 303. ſ. 9. t. 11. f. 1.*

Scandix ſeminibus nitidis, ouato ſubulatis *Linn. Cliff. 101. Roy. 111.*

*Koerbel, Koerbelkraut.*

In agris ſaepe colitur, et pro diuerſo ſationis tempore floret, annua.

Folia duplicato pinnata, foliola profundius inciſa, caulis quaſi rectus aſſurgit, et a latere vmbellas et folia emittit, ita vt ex nodo vnius lateris et multi exeant petioli, qui partiales vmbellulas ſuſtinent, et ex aduerſo latere folium enaſcitur, et ita vſque ad ſummam caulis partem progreditur.

493. Chaerophyllum ſeminibus breuibus, hirſutis *Hall. 452.*

Myrrhis ſylueſtris noua aequicolorum *Col. Ecphr. I. 112.*

Myrrhis

Myrrhis ſylueſtris ſeminibus aſperis *C. B. P. 160.*
Caucalis ſylueſtris folio Chaerophylli *Boerh. I. 63.*
Caucalis folio Cerefolii *Riv. pent.*
Scandix ſeminibus hiſpidis *Linn. Cliff. 101. Roy. 111.*
Ad ſepes paſſim, Majo, annua.

Vmbellae valde rarae, exiguae. An vera Caucalis ſpecies? hirſuties ſeminum id forte exigit, illa vero non ſunt ſtriata.

## OENANTHE. D. G. 678.

494. Oenanthe foliis caulinis inflato fiſtuloſis *Linn. Cliff. 99. Roy. 108. Hall. 432.*
Oenanthe IV. *Matth. 628. Riv. pent.*
Oenanthe aquatica *C. B. P. 162. Tourn. 313. Boerh. I. 51.*
Oenanthe ſ. Filipendula aquatica *I. B. III. b. 191.*
Oenanthe aquatica triflora, caulibus fiſtuloſis *Moriſ. III. 289. ſ. 9. t. 7. f. 8.*
Filipendula paluſtris *Tab. 421.*
In rivulis et foſſis, *im Gerberwaſſer*, floret Iunio, perennis.

## SANICVLA. D. G. 679.

495. Sanicula foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus *Linn. Fl. Suec. 222.*
Sanicula *Tab. 244. Riv. pent. Linn. Cliff. 88. Roy. 93. Hall. 449.*
Sanicula officinarum *C. B. P. 319. Moriſ. II. 616. ſ. 5. t. 34. f. 1. Tourn. 326. Boerh. I. 73.*
Sanicula mas Fuchſii ſiue Diapenſia *I. B. III. b. 639.*
Diapenſia *Matth. 720.*
Sideritis III. *Col. Phyt. 72. edit. 2. p. 59. t. 16.*
*Sanickel.*

In ſyluis et nemoribus vmbroſis, *im Univerſitæts-holze*, floret Maj. Iun. perennis.

DAVCVS.

## DAVCVS. D.G. 680.

96. Daucus.

Daucus vulgaris *Tourn. 307. Boerh. I. 62.*

Daucus ſeminibus hiſpidis *Linn. Cliff. 89. Roy. 97. Hall. 450. Gmel. I. 186.*

Paſtinaca ſylueſtris *Matth. 549. bene.*

Paſtinaca erratica *Tab. 195.*

Paſtinaca ſylueſtris ſiue Staphylinus graecorum *I. B. III. b. 62.*

Paſtinaca tenuifolia ſylueſtris Dioſcoridis, vel Daucus offic. *C. B. P. 151. Moriſ. III. 305. ſ. 9. t. 13. f. 2.*

Staphylinus *Riv. pent. ic. b.*

*Vogelneſt, wilder Maehrenſaamen.*

In campeſtribus et ad ſepes, floret tota aeſtate, annua.

Ab hac non niſi cultura differt:

Staphylinus ſativus *Riv. pent.*

*Maehren.*

Et hujus plures denuo ſunt varietates, radice coloris albidi, aurantii etc. maxime ludit.

## CAVCALIS. D. G. 681.

97. Caucalis inuolucro exteriori anguſtifolio, laciniis foliorum latis, obtuſis *Hall. 449.*

Caucalis ſemine aſpero, floſculis rubentibus *C. B. P. 153. Prodr. 80. Boerh. I. 63.*

Caucalis minor flore rubente *Moriſ. III. 308. ſ. 9. t. 14. f. 8. ic. b.*

Caucalis *Riv. pent.*

Anthriſcus quorundam ſemine aſpero hiſpido *I. B. III. b. 83.*

Tordylium vmbella conferta, foliolis ouato lanceolatis pinnato laciniatis *Linn. Cliff. 90. Roy. 94.*

*Var.* Caucalis procumbens *Riv. pent.*

*Klettenkoerfel.*

Ad

Ad ſepes paſſim, *auf den Spitalfeldern*, floret Iun. Iul. annua.

LASERPITIVM. D.G. 684.

498. Laſerpitium foliolis lanceolatis, integerrimis, extimis coalitis *Linn. Cliff. 96.*

Laſerpitium daucoides prutenicum viſcoſo ſemine *Breyn. Cent. 167. t. 84.*

Laſerpitium minus *Riv. pent. Rupp. 277.*

Laſerpitium foliis radicalibus patentiſſimis *Roy. 103.*

In montibus et ſyluis paſſim, aeſtate, perennis.

Calix vniuerſalis et particularis ex multis latis foliis componitur, folia caulina ſunt anguſta.

CORIANDRVM. D.G. 690.

499. Coriandrum fructibus globoſis *Linn. Cliff. 100. Roy. 109.*

Coriandrum *Matth. 559. I. Tab. 176. ead. I. B. III. b. 89. Riv. pent.*

Coriandrum majus *C. B. P. 158. Tourn. 316. Boerh. I. 59.*

*Coriander, Schwindelkoerner.*

In cultis et inter olera frequens, floret aeſtate, annua.

CICVTA. D.G. 691.

500. Cicuta *Matth. 772. Tab. 1170. ead. I. B. III. b. 175. Riv. pent. Hall. 434.*

Cicuta major *C. B. P. 160. Moriſ. III. 290. ſ. 9. t. 6. f. 1. Tourn. 306. Boerh. I. 56.*

Conium ſeminibus ſtriatis *Linn. Cliff. 92. Roy. 107.*

*Schierling, Wieterich.*

Ad ſepes paſſim, *im Stadtgraben*, floret Majo, Iunio, annua.

Narcotica eſt planta, odore vertiginem inducit, externo vſu reſoluit, venenatam eſſe vulgo fertur.

Plura

Plura de hac planta, vt de incerta, vid. *in Commerc. Litt. Norimb.* 1740. *held.* 47.

## ETHVSA. D. G. 692.

501. Ethuſa *Linn. Cliff. 100. Roy. 109. Hall. 433.*
Cicuta minor Petroſelino ſimilis *C. B. P. 160. Moriſ. Ill. 290. ſ. 9. t. 7. f. 2.* Tourn. *306. Boerh. I. 56.*
Cicutaria Apii folio *I. B. III. b. 179.*
Cynapium *Riv. pent. ic. b.*
*Gneiß, Hundspeterſilien.*

In cultis et agris oleraceis frequens, floret aeſtate, annua.

Involucro vniuerſali et calyce reflexo ac barbato a Petroſelino facile dignoſcitur. Tota planta virulento et alliaceo odore eſt praedita et venenata. Vid. *Commerc. Litt. Norimb. 1731. hebd. 23.* et *1740. hebd. 48.*

## SIVM. D. G. 693.

502. Sium pinnis laciniatis, pinnulis trifidis, neruo non folioſo *Hall. 436. Gmel. I. 202.*
Sium majus anguſtifolium IV. *Tab. 203.*
Sium Erucae folio *C. B. P. 154. Boerh. I. 55.*
Cicuta aquatica Geſneri *I. B. III. b. 175.*
Cicuta *Linn. Cliff. 100. Roy. 109.*
Cicutaria *Riv. pent.*
*Scherle, Schierling.*

In paludibus et ad fluuiorum ripas, *an dem Graben nach Schönfeld*, floret Iul. Aug. perennis.

Radix cauliformis, ſemina gibba. Vires huius plantae venenatae ſatis cognitae ſunt. Vid. *Wepfferus de Cicuta aquatica*, et *Commerc. Litt. Nor. 1740. hebd. 45.* Ex hujus plantae abundantia luem pecudum ortam obſeruauit *Linnaeus Fl. Lapp. p.* 42. Boues hanc impune vorare *Mappus* ſtatuit, contrarium vero vidit *Linnaeus Fl. Suec. p. 84.*

503. Sium foliis pinnatis, floralibus ternatis *Linn. Cliff. 98. Roy. 104.*

Siſer I. *Matth. 351.*

Siſarum *Tab. 201. ic. Matth. I. B. III. b. 153. Moriſ. III. 283. ſ. 9. t. 4. f. 8. Riv. pent.*

Siſarum germanorum *C. B. P. 155. Tourn. 309. Boerh. I. 54.*

Elaphoboſcum Dioſcoridis *Col. Phyt. 88. edit. II. 71. t. 20.*

*Goerlein, Zuckerwurzel.*

In agris oleraceis, aeſtate floret, perennis.

504. Sium foliis pinnatis, vmbella terminatrice *Linn. Cliff. 98. Roy. 104. Hall. 435. Gmel. I. 200.*

Sium medium II. *Tab. 202.*

Sium latifolium *C. B. P. 154. Tourn. 308. Boerh. I. 55.*

Sium maximum latifolium *I. B. III. b. 175. Moriſ. III. 282. ſ. 9. t. 5. f. 1.*

Sium *Riv. pent.*

In locis paludoſis, *nach Pfaffendorff*, floret Iulio, perennis.

505. Sium foliis pinnatis, vmbellis ex alis ſubſeſſilibus *Linn. Cliff. 98. Roy. 105.*

Sium aquaticum procumbens ad alas floridum *Moriſ. III. 283. ſ. 9. t. 5. f. 3.*

Sium aquaticum ad alas floridum *Tourn. 308. Boerh. I. 55.*

Sium minus *Riv. pent.*

Sium foliis pinnatis, inferioribus ſimplicibus, ſuperioribus ſemitrilobis argute ſerratis *Hall. 435.*

*Eppich, Waſſermerk.*

In riuulis paſſim, *beym Bienitz*, floret Iun. Iul. perennis.

506. Sium

506. Sium pinnis multifidis, rarius ſerratis, nervo folioſo *Hall. 436. Gmel. I. 201.*

Sium foliis linearibus, laciniis decurrentibus connatis *Linn. Cliff. 98. Roy. 105.*

Crithmum IV. *Matth. 382. Tab. 300. ead.*

Crithmum IV Matthioli vmbelliferum *I. B. III. b. 196.*

Eryngium aruenſe foliis ſerrae ſimilibus *C. B. P. 386.*

Ammi perenne *Tourn. 305. Boerh. I. 57.*

Falcaria *Riv. pent. bene.*

*Sichelkraut, Sichelmæhren, faule Grethe.*

In agris et ad ſemitas paſſim, *bey Lindenau und nach dem Brandvorwerke*, floret Iul. Aug. perennis. Planta vulneraria quidem, ſed agricolis exoſa.

PHELLANDRIVM. D. G. 694.

507. Phellandrium *Tourn. 306. Boerh. I. 56. Riv. pent. Linn. Cliff. 100. Roy. 108.*

Phellandrium ſiue Cicutaria aquatica quorundam *I. B. III. b. 184.*

Phellandrium foliis ad angulos obtuſos ramoſis *Hall. 432. Gmel. I. 208.*

Cicutaria paluſtris tenuifolia *C. B. P. 161. Moriſ. III. 291. ſ. 9. t. 7. f. 7.*

In foſſis et paluſtribus locis, aeſtate florens occurrit, perennis.

Semen febribus quartanis efficaciter mederi *Kramerus* habet *Introd. p. 7.*

APIVM. D. G. 695.

508. Apium foliis caulinis linearibus *Linn. Cliff. 108. Roy. 116.*

Apium hortenſe *Matth. 562.*

Apium ſatiuum *Tab. 164. ead. Riv. pent.*

Apium hortenſe ſiue Petroſelinum vulgo *I. B. III. b. 97. C. B. P. 153. Moriſ. III. 292. ſ. 9. t. 8. f. 2. Tourn. 305. Boerh. I. 58.*

 *Var.*

*Var.* 1) Apium tenuifolium *Riv. pent.*
2) Apium criſpum *Riv.*

*Peterlein, Peterſilien.*

In agris et cultis frequens, Majo, Iun. annua.

509. Apium foliis caulinis cuneiformibus *Linn. Cliff.* 107. *Roy.* 115.

Apium paluſtre *Matth.* 563.

Apium vulgare ingratius *I. B. III. b.* 100.

Apium paluſtre et Apium officinarum *C. B. P.* 154. *Moriſ. III.* 293. *ſ.* 9. *t.* 9. *f.* 8. *Tourn.* 305. *Boerh. I.* 58.

Apium *Riv. pent.*

Apium foliis ſemitrifidis, ora loborum circumſerrata *Hall.* 427.

Paludapium *Tab.* 273. *ic. Matth.*

*Waſſerpeterlein.*

In paluſtribus paſſim, floret aeſtate, perennis.

Haec planta, dum in hortis colitur, gratiorem acquirit ſaporem, et dicitur:

Apium dulce, Zelleri Italorum *Tourn.*

Spontaneae plantae, quae *an der Salzſee* naſcitur, et radices et folia pauciſſima in juſculis ſufficiunt, cum major copia plantae cultae requiratur.

CLAS-

# CLASSIS XIII.

## Plantae flore perfecto, hexapetalo.

### I. DIANTHERAE.

### ORCHIS. D. G. 698.

510. Orchis radicibus ſubrotundis, brachiolis labelli breuioribus, ſpinula ex diuiſione medii trunculi eminente *Hall. 262.*

Orchis galea et alis fere cinereis *I. B. II. 757.*

Orchis maſcula *Riv. hex.*

Orchis bulbis indiuiſis, nectarii labio quinquifido, punctis ſcabro, cornu obtuſo, petalis conniuentibus *Act. Stok. 1741. p. 207. Linn. Fl. Suec. 725.*

Orchis radicibus ſubrotundis, labello quadrifido, laciniis anterioribus latiuſculis, poſterioribus remotis fere conuergentibus *Gmel. I. 14.*

Cynoſorchis latifolia, hiante cucullo major *C. B. P. 80. Moriſ. III. 490. ſ. 12. t. 12. f. 1.*

In paſcuis, floret Iun. Iul. perennis.

511. Orchis radicibus ſubrotundis, cucullo ſparſo, labello ampliter trifido, crenato, flore concolore *Hall. 265.*

Orchis morio mas foliis maculatis *C. B. P. 81. Tourn. 432. Vaill. Par. 150. t. 31. f. 11. 12.*

Orchis major tota purpurea, maculoſo folio *I. B. II. 763.*

Teſticulus IV. *Camer. 624.*

In pratis et ſyluis frequens, floret cum priore.

512. Orchis radicibus ſubrotundis, cucullo clauſo, lineato, labello ampliter trifido, crenato *Hall. 266.*

Orchis morio foemina *C. B. P. 82. Vaill. Par. 150. t. 31. f. 13. 14.*

Orchis minor purpurea et aliorum colorum cum alis virentibus *I. B. II. 761.*

Orchis radicibus ſubrotundis, nectarii labio quadrifido, aequali, crenulato, cornu obtuſo *Roy. 15.*

Orchis bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido, crenulato, cornu obtuſo *Act. Vpſ. 1740. p. 8. Fl. Suec. 724.*

In pratis frequentisſima, Majo, perennis.

Florum color aliquando niueus vel roſeus.

513. Orchis radicibus palmatis, labello biſulco, mucrone ex diuiſione eminente, calcare breuiſſimo *Hall 270. Gmel. I. 21.*

Orchis palmata flore viridi *C. B. P. 86. Prodr. 30. Tourn. 435.*

Orchis palmata, flore galericulato, dilute viridi *Gottſch. 182. ic. 59. bene.*

Palmatae cujusdam icon. *I. B. II. 776.*

Satyrium foliis oblongis caulinis *Linn. Fl. Lapp. 313. Roy. 14.*

In ericetis et paſcuis, *bey Meckern*, floret Iulio, perennis.

514. Orchis radicibus palmatis, calcare ouario longiore, labello aequaliter trifido, vnicolore *Hall. 271. Gmel. I. 22.*

Orchis palmata minor, calcaribus oblongis *C. B. P. 85.*

Orchis radicibus palmatis, bracteis floris longitudine, nectarii labio trifido, ſeta germinibus breuiore *Linn. Cliff. 429. Roy. 14.*

Palmata rubella, cum longis calcaribus *I. B. II. 778.*

In

In pratis paſſim, Maj. perennis.

515. Orchis radicibus palmatis, calcare craſſo, ouario breuiori, labello lineis picto *Hall.* 272.

Orchis palmata paluſtris latifolia *C. B. P. 85. Moriſ. III. 498. ſ. 12. t. 15. f. 3. Boerh. I. 152.*

Orchis radicibus palmatis, bracteis flore longioribus, nectarii labio trifido, cornu germinibus breuiore *Linn. Cliff. 429. Roy. 14.*

Orchis bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo integerrimo, bracteis flore longioribus *Act. Vpſ. 1740. p. 15. Fl. Suec. 728.*

Orchis radicibus palmatis, calcare craſſo, germine breuiore, labello trifido lineis picto, bracteis flore longioribus *Gmel. I. 24.*

Palmata non maculata *I. B. II. 774. Riv. hex.*

In pratis et paluſtribus, Majo.

Huc ex noſtris plantis ab *Hallero*, vt varietates, referuntur.

1) Orchis palmata maculata montana *C. B. P. 86.*

Orchis anguſtifolia maculata *Riv. hex.*

*Im Vniuerſitætsholze*, floret Iun. Iul.

2) Orchis palmata pratenſis maculata *C. B. P. 85.*

Palmata maculata *Riv. hex.*

*Linnaeus* vero hanc vt veram ſpeciem diſtinguit, an jure? et nominatur:

Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breuiore, labio crenato, petalis dorſalibus patulis *Act. Vpſ. 1740. p. 14. Fl. Suec. 729.*

HELLEBORINE. D. G. 699.

516. Helleborine radicibus conicis, ſimplicibus *Hall. 274.*

Orchis ſpiralis alba odorata *I. B. II. 769.*

Orchis ſpiralis *Riv. hex.*

Triorchis alba odorata minor *C. B. P. 84.*

Orchiaſtrum autumnale pratenſe ſpirale album odoratum *Mich. 30. t. 26.*

In ſyluis et montoſis, *im Linckeler Holze, unten zwiſchen dem Bienitz und der Wieſe*, floret Aug. Sept. perennis.

517. Helleborine latifolia, floribus magnis, paucis albisque *Hall. 276.*

Helleborine albo flore *Tab. 1100.*

Helleborine flore albo, vel Damaſonium montanum latifolium *C. B. P. 187.*

Damaſonium alpinum, ſiue Elleborine floribus albis *I. B. III. b. 516.*

Damaſonium flore albo *Riv. hex.*

In ſyluis et montibus, *im Vniuerſitætsholze*, floret Majo, Iun. perennis.

518. Helleborine floribus ex viridi et purpureo variis, labello acuminato, foliis breuiſſimis *Hall. 275.*

Helleborine latifolia montana *C. B. P. 186.*

Helleborine barba rubra *Riv. hex.*

Elleborine Dodonaei *I. B. III. b. 516.*

Serapias caule multifolio et multifloro *Linn. Cliff. 429. Gmel. I. 8.*

Creſcit iisdem, ac prior, locis.

Magnam habet cum priori analogiam, ita, vt et ſynonyma confundentur.

519. Helleborine floribus obſolete carneis, labello obtuſo *Hall. 275.*

Helleborine anguſtifolia paluſtris ſiue pratenſis *C. B. P. 187.*

Helleborine paluſtris noſtras *Raj. Brit. 384.*

Helleborine *Riv. hex.*

Damaſonium flore herbaceo, non nihil candicante *I. B. III. b. 517.*

In

In pratis, *bey Rückmarſchdorff hinter dem Sandberge*, floret Iunio, perennis.

SATYRIVM. D.G. 701.

520. Satyrium *Riv. hex. Rupp. 299.*
Teſticulus III. *Matth. 635.*
Orchis alba bifolia minor, calcari oblongo *C. B. P. 83.*
Orchis alba calcari longo *I. B. II. 771.*
Orchis radicibus conicis, labello lingulato ſimpliciſſimo *Hall. 266.*
Orchis bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus *Act. Vpſ. 1740. p. 5. Fl. Suec. 723.*

In ſyluis paſſim, *im Vniuerſitætsholze*, floret Maj. Iun. perennis.

Varietates plures et diuerſa ſynonyma euolue in *Hallero l. c.*

OPHRIS. D.G. 702.

521. Ophris foliis ouatis *Linn. Cliff. 429. Roy. 15. Hall. 277. Gmel. I. 25.*
Ophris *Matth. 846. Tab. 1101. ead. Riv. hex. ic. b.*
Ophris bifolia *C. B. P. 87 Boerh. II. 153.*
Bifolium majus ſeu Ophrys majus quibusdam *I. B. III. b 533.*
*Var.* Ophris trifolia *Tab.*
*Zweyblatt, Rattenſchwanz.*

In montibus, ſyluis et pomariis, *in der Leimgrube, im Bienitz*, floret Maj. Iun. perennis.

NIDVS AVIS. D. G. 703.

522. Nidus auis *Tourn. 438.*
Nidus *Riv. hex.*
Orchis abortiua fuſca *C. B. P. 86.*
Orobanche offinis, Nidus auis *I. B. II. 782.*
Pſeudo leimodoron *Cluſ. Hiſt. I. 270.*

Ophrys aphylla *Hall. 278. Gmel. I. 25.*
Neottia bulbis faſciculatis, nectarii labio bifido *Linn. Fl. Suec. 742.*

In nemoribus opacis, ſub arboribus, ob coloris obſcuritatem a foliis marcidis difficile cognoſcitur. *Im Vniuerſitæts-und Gundorffer Holze*, floret Majo, Iun. perennis.

## II. HEXANTHERAE.

### *MONOSTYLAE.*

### PORTVLA. D. G. 710.

523. Portula *Dill. Giſſ. 120.* et *239. App. 133.*
Anagallis ſerpillifolia aquatica *I. B. III. b. 372.*
Alſine paluſtris minor ſerpillifolia *C. B. P. 251. Prodr. 118.*
Glaucoides paluſtre Portulacae folio, flore purpureo *Mich. 21. t. 18.*
Peplis *Linn. Fl. Lapp. 128. Suec. 291. Hall. 406.*

In locis vdis, vbi per hyemem aquae ſtagnarunt, *bey dem Vniuerſitætsholze*, floret Iul. Aug. annua.

Non videtur Alſine fluuiatilis *Tab. 1090.* licet *Hallerus* illam huc referat.

### ORNITHOGALVM. D. G. 711.

524. Ornithogalum ſcapo anguloſo, diphyllo, pedunculis vmbellatis, ſimplicibus *Linn. Fl. Suec. 270.*
Ornithogalum I. majus *Tab. 1020.*
Ornithogalum luteum *C. B. P. 71. Boerh. I. 142.*
Ornithogalum ſcapo diphyllo, pedunculis ſimplicibus terminatricibus, filamentis omnibus ſubulatis *Linn. Cliff. 124. Roy. 31. Gmel. I. 46.*
Bulbus ſylueſtris Fuchſii flore luteo, ſiue Ornithogalum luteum *I. B. II. 623.*
Phalangium radice ſubrotunda, floribus et foliis vmbellatis *Hall. 293.*

Naſcitur

Naſcitur in humentibus aruis et ad ſyluarum margines, *nach dem Roſenthale*, Martio, perennis.

525. Ornithogalum pediculis florum imis ſupremos ſuperantibus *Hall. 295.*

Ornithogalum II. *Matth. 412.*

Ornithogalum vulgare et verius majus et minus *I. B. II. 630.*

Ornithogalum vmbellatum medium anguſtifolium *C. B. P. 70.*

Ornithogalum floribus corymboſis, pedunculis ſcapum ſuperantibus, filamentis alternis emarginatis *Linn. Cliff. 124. Roy. 32.*

Bulbus ſolſequius *Tab. 1017. ic. Matth.*

*Ackerzwiebeln.*

In gramineis, *im Roſenthale auf der Wieſe hinter dem Lazaret,* Majo, perennis.

PHALANGIVM. D. G. 713.

526. Phalangium radicibus teretibus, foliis gramineis, caule ſpicato, nudo, petiolis florum ramoſis *Hall. 292.*

Phalangium ramoſum *Tab. 557. Dod. 106.*

Phalangium quibusdam paruo flore, ramoſius *I. B. II. 635.*

Phalangium paruo flore ramoſum *C. B. P. 29. Moriſ. II. 333. ſ. 4. t. 1. f. 9. Boerh. II. 133.*

Anthericum foliis gramineis planis, corollis planis *Act. Stock. 1741. p. 191.*

Anthericum foliis planis, corollis planis deciduis *Linn. Fl. Suec. 267.*

*Weiſſerwiederthon, Erdſpinnenkraut.*

In montoſis et ſyluis, *im Bienitz am Berge,* floret Maj. Iun. perennis.

LILIVM.

LILIVM. D. G. 715.

527. Lilium foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis reuolutis *Linn. Cliff. 120. Roy. 31. Hall. 289. Gmel. I. 44.*

Lilium floribus reflexis montanum *C. B. P. 77. Boerh. II. 135.*

Lilium flore rubente ferrugineo, majus et minus *I. B. II. 692.*

Martagon *Matth. 600.*

Martagon vulgare ſeu Lilium montanum *Tab. 1029.*

*Wilde Lilie, Türckiſcher Bund, Goldwurzel.*

In ſyluis montoſis et vmbroſis pratis, *im Bienitz*, floret Iunio, Iulio, perennis.

Ingens varietatum numerus. conf. *Hallerus pag. 289. ſeq.*

Radicem vulgus contra dentitionem difficilem appendit, et Officinas ſaepe ingreditur nomine radicis Aſphodeli.

LEVCOIVM. D. G. 721.

528. Leucojum petalis aequalibus *Hall. 284.*

Leucojum bulboſum I. *Tab. 1005. ic. Matth.*

Leucojum bulboſum hexaphyllum cum vnico flore, rarius bino *I. B. II. 590.*

Leucojum bulboſum vulgare *C. B. P. 55.*

Leucojum *Linn. Cliff. 135. Roy. 35.*

Narciſſus VII. *Matth. 860.*

*Merzblumen, Schneeglöckgen.*

In ſyluis paſſim, Febr. Mart. perennis.

Odor gratus, aſt ſuſpecta planta, et non ſine veneni indiciis vomitum mouet, *Ephem. Nat. Cur. Vol. I. obſ. 34.*

ALLIVM. D. G. 724.

529. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, capite bulbifero, radicibus in vnum bulbum congruentibus *Hall. All. 5.*

Allium

Allium domeſticum *Matth. 422.*
Allium ſatiuum *C. B. P. 73. I. B. II. 554. Boerh. I. 145.*
Allium radicis bulbo multipartito, capitulo bulbifero, foliis linearibus *Linn. Cliff. 137. Roy. 39.*
Allium caule planifolio bulbifero, radice compoſita, ſtaminibus tricuſpidatis *Linn. H. Vpſ. 76.*
*noblauch.*
In agris oleraceis, floret Iun. Iul. bulbis propagaur.

30. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis fiſtuloſis, capite bulbifero, ſphaerico, radice multiplici *Hall. All. 11.*
Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus *C. B. P. 74.*
Porrum capite bulbifero, ſtaminibus alterne trifidis *Hall. 295.*
In ſyluis et agris, Iun. perennis.
Varietates et ſynonymias ſatis inter ſe confuſas, extricatas vide in *Hallero de All. p. 15. ſeqq.*

531. Allium ſtaminibus alterne trifidis, foliis gramineis, floribus ſphaerice congeſtis, radice tunicata, cauli circumnata *Hall. All. 18.*
Allium caule planifolio vmbellifero, radice tunicata, ſtaminibus tricuſpidatis *Linn. H. Vpſ. 77.*
Porrum *Tab. 871. Dod. 677.*
Porrum commune capitatum *C. B. P. 72. Boerh. II. 143.*
Porrum radice ambiente tunicata, oblonga, ſolitaria *Linn. Cliff. 136. Roy. 40.*
Oleracea et cum priori inuenitur.

532. Allium ſtaminibus alterne trifidis, caule ad terram ventricoſo *Hall. All. 24.*

Allium

Allium ſcapo nudo, inferne ventricoſo, longiore; foliis teretibus *Linn. H. Vpſ. 77.*
Cepa capitata *Matth. 419.*
Cepa rubra *Tab. 870.*
Cepa vulgaris *C. B. P. 71.*
Cepa ſcapo ventricoſo, foliis longiore, radice depreſſa *Linn. Cliff. 136. Roy. 40.*
*Var.* Cepa floribus et tunicis candidis *C. B. P.*
*Zwiebeln.*
In agris paſſim, *in Kohlgærten*, floret Iun. Iul.

533. Allium ſtaminibus ſimplicibus, caule medio ventricoſo *Hall. All. 27.*
Allium ſcapo nudo, folia adaequante, foliis teretibus ventricoſis *Linn. H. Vpſ. 78.*
Cepa oblonga *C. B. P. 71. Boerh. II. 144.*
Cepa ſcapo longitudine foliorum, foliis ventricoſis, radice oblonga *Linn. Cliff. 136. Roy. 40.*
*Winterzwiebeln.*
Cum praecedente.

534. Allium ſtaminibus ſimplicibus, foliis radicalibus teretibus, ſcapi longitudine *Hall. All. 28.*
Allium ſcapo nudo, folia adaequante, foliis teretibus ſubulato filiformibus *Linn. H. Vpſ. 78.*
Porrum ſectile *Matth. 417.*
Porrum ſectivum juncifolium *C. B. P. 72.*
Schoenopraſum *Tab. 873. ic. Matth.*
Cepa ſcapo longitudine figuraque foliorum, foliis ſubulatis, filiformibus, ſpathis globoſis *Linn. Cliff. 136. Roy. 40.*
*Schnittlauch.*
Colitur in agris, floret Iun. Iul. perennis.

535. Allium radice ſeneſcente lignoſa, tranſuerſa, vmbella erecta *Hall. 297. All. 34.*

Allium

Allium ſiue Moly narciſſinis foliis *Cluſ. Hiſt. I. 195.*
Allium vmbelliferum pratenſe *I. B. II. 564.*
Allium montanum, folio Narciſſi majus et minus *C. B. P. 75. Boerh. II. 145.*
Allium foliis linearibus, florum vmbella ſubglobo-ſa *Roy. 39.*
In pratis paſſim, floret Iun. Iul. perennis.

36. Allium foliis radicalibus petiolatis, latiſſimis, floribus vmbellatis *Roy. 39. Hall. 297. All. 41. Gmel. I. 49.*
Allium vrſinum *Matth. 422. ic. b. Tab. 875. ead.*
Allium vrſinum bifolium vernum ſyluaticum *I. B. II. 565.*
Allium ſylueſtre latifolium *C. B. P. 74. Tourn. 383.*
Allium foliis lanceolatis, ſcapo nudo ſemicylindraceo, bulbo ſetis obvallato *Act. Stock. 1741. p. 191. Linn. Fl. Suec. 263.*
In ſyluis, copioſiſſime *im Roſenthale*, floret Maj. perennis.

BERBERIS. D. G. 729.

537. Berberis ſpinis triplicibus *Linn. Cliff. 122. Roy. 438. Hall. 424.*
Berberis dumetorum *C. B. P. 454. Tourn. 614. Boerh. II. 233.*
Berberis vulgo quae et Oxyacantha putata *I. B. I. b. 52.*
Creſpinus *Matth. 150. bene.*
Oxyacantha Galeni *Tab 1448. ead.*
*Var.* Berberis ſine nucleo *C. B. P.*
*Sauerdorn, Berberbeeren.*
In ſepibus et dumetis, *auch in dem Petersſtadtgraben*, floret Maj. Iun. frutex.
Fructus in medicina, vt conditum, cortex in tinctorio opere adhibetur.

ASPA-

ASPARAGVS. D.G. 730.

538. Aſparagus inermis, foliis ſetaceis, caule herbaceo *Linn. Cliff. 121.*

Aſparagus I. et II. *Matth. 373. Tab. 414. ead.*

Aſparagus hortenſis, pratenſis et marinus *I. B. III b. 721.*

Aſparagus ſylueſtris tenuiſſimo folio *C. B. P. 490.*

Aſparagus foliis ſetaceis, caule herbaceo *Roy. 28 Linn. H. Vpſ. 84. Gmel. I. 37.*

*Varietas* a cultura orta.

Aſparagus ſatiua *C. B. P. 489. Boerh. II. 65.*

*Spargel.*

Colitur vt plurimum, aliquando tamen in agris invenitur, *in Kohlgærten*, floret Iun. Iul. perennis.

III. POLYANTHERAE.

*A MONOSTYLAE.*

SALICARIA. D. G. 734.

539. Salicaria floribus ſpicatis, foliis conjugatis *Hall. 405.*

Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis *Tourn. 253. Boerh. I. 227.*

Lyſimachia altera *Matth. 675.*

Lyſimachia purpurea *Tab. 1236.*

Lyſimachia ſpicata purpurea *C. B. P. 246. I. B. II. 902.*

Lythrum foliis oblongis, acutis, floribus verticillatis *Linn. Fl. Lapp. 197.*

Lythrum foliis oppoſitis *Linn. Cliff. 178. Roy. 458.*

*Var.* 1) Salicaria trifolia caule hexagono *Tourn.*

2) Salicaria purpurea foliis ſubrotundis *Tourn.*

*Brauner Weiderich.*

Habitat ad ripas fluuiorum et in ſalicetis, floret Iul. perennis.

Hujus

Hujus varietatem deſcribit *Linnaeus* in *Fl. Lapp.* 97. *Suec.* quae folia habet alterna, et flores in lis ſolitarios; quam ſequentem ſpeciem eſſe facile redidiſſim, niſi hanc ipſe vt diſtinctam plantam pro-oſuiſſet.

40. Salicaria foliis alternis, floribus ſolitariis *Hall. 406.*

Salicaria Hyſſopi folio latiore *Tourn. 253. Boerh. I. 222. Rupp. 147. tab. 6. ic. bona et deſcript.*

Hyſſopifolia ſ. Gratiola minor *C. B. P. 218. Prodr. 108.*

Polygonum aquaticum majus *Barrel. t. 773.*

Lythrum foliis alternis *Linn. Cliff. 178.*

Lythrum foliis alternis linearibus, floribus hexandris *Linn. H. Vpſ. 118.*

*Var.* 1) Salicaria Hyſſopi folio anguſtiore *Tourn.*
2) Salicaria Hyſſopi folio floribus albis *Tourn.*

Vbi aquae per hyemem ſtagnarunt, in ſubhumidis ocis, *hinter Parneck, im Vniverſitætsholze*, floret ul. Aug. annua.

Numero ſtaminum differt a Salicaria; in hac enim modo quatuor, aliquando, vt *Hallerus* vidit, quinque inueniuntur.

## *B. TRISTYLA.*

### DELPHINIVM. D. G. 740.

541. Delphinium nectario monopetalo.

Delphinium ſegetum flore coeruleo *Tourn. 426. Boerh. I. 302.*

Delphinium caule ſubdiuiſo, nectariis monophyllis *Linn. Cliff. 212. Roy. 482.*

Delphinium radice fibroſa, foliis tenuiſſime diuiſis *Hall. 314.*

Conſolida regalis *Matth. 555.*

Conſolida regalis aruenſis *Tab. 130. bene. C. B. P. 142.*

P Conſolida

Conſolida regalis aruenſis flore minore *I. B. III. a. 210.*
*Ritterſpohren.*

In aruis, inter ſegetes et in primis ſecale frequens, floret aeſtate, annua.

Flore albo, roſeo, purpureo, pleno mire ludit in hortis, vid. *Tournefort. l. c.* et *Linnaeus H. Cliff.* Qua ratione Delphinium hortenſe, quod Delphinium caule ſimplici, nectariis monophyllis a *Linnaeo H. Cliff. 213.* nominatur, ab hac ſylueſtri planta differat, nondum cognouimus; id modo obſeruare potuimus, in hortenſi caulem vt plurimum recta exſurgere, ramos vero a latere ejusdem oriri, in ſylueſtri vero planta ipſe caulis in diuiſiones abire videtur. Quam tamen differentiam a cultura et laeto hortorum ſolo dependere exiſtimamus; dum nempe ſucci ex radice majori vi et vno quaſi impetu per ipſum caulem mouentur, ſimplex iſte formatur, et rami paulo poſt prodeunt.

## *C. POLYSTYLAE.*

### FILIPENDVLA. D. G. 741.

542. Filipendula *Matth. 627. I. Tab. 419. ead.*

Filipendula vulgaris, an Molon Plinii *C. B. P. 163. Moriſ. III. 322. ſ. 9. t. 20. f. 1. Tourn. 293. Boerh. I. 43.*

Filipendula foliis pinnatis, foliolis vniformibus *Linn. Cliff. 191. Roy. 277.*

Filipendula foliis longis anguſtis, extremo trilobato, minimis pinnulis intermiſtis *Hall. 307.*

*Var.* 1) Filipendula minor *C. B. P.*

2) Filipendula omnibus partibus major *Boerh.*

*Filipendel Wurz, rother Steinbrech.*

In pratis montoſis variis, *auf dem Gickerlingsberge*, floret Iun. Iul. perennis.

PVL-

PVLSATILLA. D.G. 742.

543. Pulſatilla foliis decompoſitis, pinnatis, flore nutante, limbo recto *Linn.Cliff. 223.Roy. 487.*

Pulſatilla *Matth. 462. Cam. Epit. 392. bene.*

Pulſatilla purpurea coeruleaue *I. B. III. b. 409.*

Pulſatilla folio craſſiore et majori flore *C. B. P. 177. Boerh. I. 39.*

Anemone tubis caudatis, imis foliis duplicato pinnatis, multifidis, ſuperioribus anguſtiſſimis *Hall. 333.*

*Küchenſchelle, Oſterblume.*

In campis montoſis, ſiccis et ſterilibus, *auf dem Sandberge beym Bienitz,* floret Mart. April. perennis.

* * * * * * * * * * * * * * *

# CLASSIS XIV.

## Plantae flore perfecto, polypetalo.

### POLYANTHERAE.

### *A MONOSTYLAE.*

NYMPHAEA. D. G. 750.

544. Nymphaea calice magno, pentaphyllo *Linn. Cliff. 203. Roy. 480.*

Nymphaea lutea *Matth. 643. bene Tab. 118. ead. I. B. III. b. 763.*

Nymphaea lutea major *C. B. P. 193. Boerh. I. 281.*

Nymphaea calice magno pentaphyllo, fructu pyriformi *Hall. 302.*

*Waſſerlilien, Seeroſen, Seepuppen.*

In ſtagnantibus aquis et pigro lapſu dilabentibus rivulis, *im Gerberwaſſer,* floret Iun. Iul. perennis.

545. Nymphaea calice tetraphyllo, corolla multiplici *Linn. Cliff. 203. Roy. 480.*

Nymphaea alba *Matth. 643. Tab. 117. ead. I. B. III. b. 762.*

Nymphaea alba major *C. B. P. 193.*

Nymphaea calice tetraphyllo, fructu rotundo *Hall. 302.*

Leuconymphaea *Boerh. I. 281.*

Cum priori floret, *bey der Schönfelder Mühle.*

Radix acris quodammodo eſt, in ſumma tamen inopia Suecos hac radice et Pini cortice vitam aluiſſe ſalubrem refert *Linder de Venenis. pag. 651.* Turcis potus placet, qui ex aqua huius plantae paratur. vid. *Haller. l. c.*

## *B. POLYSTYLAE.*

### FICARIA. D. G. 755.

546. Ficaria *Dill. Giſſ. 39. Rupp. 159. Hall. 321.*

Chelidonium minus *Matth. 468. Tab. 1134. ead. Boerh. I. 29.*

Chelidonia rotundifolia major et minor *C. B. P. 309.*

Scrophularia minor *I. B. III. b. 468.*

Ranunculus praecox rotundifolius granulata radice *Moriſ. II. 446. ſ. 4. t. 30. f. 45.*

Ranunculus foliis cordatis dentatis petiolatis *Linn. Cliff. 229. Roy. 490.*

*Var.* 1) Chelidonium minus folio maculoſo *Boerh.*
2) Chelidonium minus flore pleno *Boerh.*

*Scharbock, Schmergel, Feigwarzenkraut, klein Schölkraut.*

In pratis et locis vmbroſis, *im Roſenthale, um Pfaffendorff*, floret Aprili, perennis.

Ad ortum pedunculorum inveniuntur aliquando ſingularia corpora, quae veri ſunt bulbilli, et quibus planta, vt radice, propagatur.

ANE-

ANEMONE. D. G. 756.

547. Anemone ſemine leui, petalis quinis, ſubrotundis, luteis *Hall. 329.*

Anemone ſeminibus acutis, foliis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſaepe bifloro *Linn. Cliff. 225. Roy. 488.*

Ranunculus nemoroſus luteus *Tab. 108. C. B. P. 178.*

Ranunculus phragmites luteus nemoroſus *I. B. III. b. 413.*

Anemonoides flore luteo bino et terno *Boerh. I. 36.*

*Storchsblumen.*

In pratis et ſyluis ſiccioribus frequens, floret Aprili, perennis.

548. Anemone ſemine leui, petalis ſenis ellipticis *Hall. 330.*

Anemone nemoroſa flore majore *C. B. P. 176.*

Anemone ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule vnifloro *Linn. Cliff. 224. Roy. 488.*

Ranunculus nemoroſus albus et purpureus *Tab. 109.*

Ranunculus phragmites albus et purpureus vernus *I. B. III. b. 412.*

Anemonoides flore albo et ex purpura rubente *Boerh. I. 36.*

In ſyluis frequens, *im Roſenthale*, Mart. April. perennis.

Quae in montoſis locis creſcit planta, minor eſt, et hirſuta; flores rubicundo colore illi inprimis inſigniuntur, qui ſolis radiis magis expoſiti ſunt.

HELLEBORO RANVNCVLVS. D. G. 758.

549. Helleboro Ranunculus.

Helleboro Ranunculus flore luteo globoſo *Boerh. I. 297.*

Ranunculus VI. *Matth. 459.*

Ranunculus alpinus luteus *Tab. 109. ic. Matth.*

Ranunculus flore globoſo, quibusdam flos Trollius *I. B. III. b. 419.*

Helleborus caule ſimplici, flore pedunculato *Linn. Fl. Lapp. 226.*

Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoſo *Linn. Cliff. 228. Roy. 484.*

Helleborus vniflorus, petalis et ſiliquis plurimis *Hall. 318.*

In pratis vliginoſis creſcit, *hinter klein Dölzig*, Iun. Iul. perennis.

# CLASSIS XV.

## Plantae flore perfecto, apetalo.

### I. TETRANTHERAE.

### *A. MONOSTYLAE.*

PARIETARIA. D. G. 763.

550. Parietaria *Tab. 939. I. B. II. 976. Hall. 177.*

Parietaria officinarum et Dioſcoridis *C. B. P. 121. Moriſ. II. 600. ſ. 5. t. 30. f. 1. Boerh. II. 92.*

Parietaria foliis lanceolato ouatis *Linn. Cliff. 469. Roy. 211.*

Helxine *Matth. 781. bene.*

*Glaßkraut, Tag und Nacht.*

Ad muros et inter fruticeta, *bey der Milchinſel*, floret Majo, Iunio, perennis.

Miſcentur in eodem capitulo flores diuerſi ſexus, et mares, et foeminae, et hermaphroditi.

ALCHIMILLA. D.G. 764.

551. Alchimilla folio integro, ſtellato, polygonio *Hall. 184.*

Alchimil-

Alchimilla *Tab. 249. ic. Matth.*
Alchimilla vulgaris *C. B. P. 319. Boerh. II. 92.*
Alchimilla foliis ſimplicibus *Linn. Fl. Lapp. 66.*
Alchimilla foliis palmatis *Linn. Cliff. 38. Roy. 231.*
Stellaria *Matth. 819. bene.*
Pes leonis vel Alchimella *I. B. II. 398. i.*
*Marienmantel, Loewenfuß.*

In paſcuis et ſyluarum locis ſpongioſis ac gramineis, *vor dem Streitholze und in dem Roſenthale,* floret Maj. Iunio, perennis

Stylus non medio, ſed baſi ouarii inſeritur et juxta latus ejusdem erectus ſurgit.

## *B. DISTYLA.*

### APHANES. D. G. 770.

552. Aphanes *Linn. Cliff. 39. Roy. 231. Act. Stock. 1741. p. 181.*
Scandix minor *Tab. 288.*
Perchepier Anglorum quibusdam *I. B. III. b. 74. Boerh. II. 93.*
Perchepier *Hall. 184.*
Alchimilla minima montana *Col. Ecphr. I. 146. bene.*
Chaerophyllo non nihil ſimilis *C. B. P. 152.*
In agris et aruis, floret Iun. Iul. annua.

## II. PENTANTHERAE.

## *A. MONOSTYLA.*

### THESIVM. D. G. 751.

553. Theſium *Linn. Cliff. 41. Hall. 183.*
Anonymos Lini folio *Cluſ. Hiſt. I. 324.*
Linaria adulterina *Tab. 1209. ead.*
Linaria montana floſculis albicantibus *C. B. P. 213.*
Linariae ſimilis *I. B. III. b. 461.*
Linoſyris Riuini *Rupp. 2.*

*Bergflachs.*

Naſcitur in herboſis collibus, *im Bienitz an der Wieſe*, floret Majo, perennis.

### *B. DISTYLAE.*

ATRIPLEX. D.G. 775.

554. Atriplex valuis ſeminum dentatis, foliis ſuperioribus integris *Hall. 173.*

Atriplex ſylueſtris I. *Matth. 362. Tab. 810. ead.*

Atriplex vulgaris anguſtifolia cum folliculis *I. B. II. 973.*

Atriplex anguſto oblongo folio *C. B. P. 119. Moriſ. II. 607. ſ. 5. t. 32. f. 15. Boerh. II. 89.*

Atriplex caule annuo, foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis *Linn. Cliff. 469. Roy. 218.*

Atriplex caule herbaceo, valvulis foemineis ſeminum diſco dentatis *Linn. Fl. Suec. 828.*

Habitat in ruderatis, cultis et ad ſepes, floret aeſtate, annua.

555. Atriplex caule annuo, foliis deltoideo lanceolatis, obtuſe dentatis, ſubtus farinaceis *Linn. Cliff. 469. Roy. 218.*

Atriplex marina *Matth. 363. Dod. 604.*

Atriplex maritima *I. B. II. 974. ic. Matth.*

Atriplex maritima laciniata *C. B. P. 120. Moriſ. II. 607. ſ. 5. t. 32. f. 17. Boerh. II. 89.*

Iisdem, ac praecedens, locis, *in der Sandgrube*, floret Iul. Aug. annua.

556. Atriplex caule erecto, annuo, foliis triangularibus *Linn. Cliff. 469. Roy. 217.*

Atriplex domeſtica *Matth. 361.*

Atriplex rubra *Tab. 810.*

Atriplex rubra et alba hortenſis *I. B. II. 970.*

Atriplex hortenſis alba, ſiue pallide virens *C. B. P. 119. Moriſ. II. 606. ſ. 5. t. 32. f. 13. Boerh. II. 89.*

*Var.*

ar. Atriplex hortenſis rubra *C. B. P.*

Sata interdum prouenit, floret Iul. Aug. annua.

CHENOPODIVM. D. G. 778.

7. Chenopodium foliis triangulari ſagittatis, integerrimis *Linn. Cliff. 84. Roy. 218. Hall. 174.*

Chenopodium folio triangulo *Tourn. 506. Boerh. II. 90.*

Bonus henricus *Matth. 449. Tab. 810. ead. I. B. II. 965.*

Lapathum vnctuoſum folio triangulo *C. B. P. 115.*

Blitum perenne, bonus henricus dictum *Moriſ. II. 599. ſ. 5. t. 30. f. 1.*

*tolzer Heinrich.*

Ad vias, pagos, vrbes frequens, floret Maj. Iun. nnua videtur.

Turiones et folia verno tempore ad acetaria adhientur.

58. Chenopodium foetidum, foliis farinoſis, glaucis, obtuſe rhomboideis *Hall. 175.*

Chenopodium foetidum *Tourn. 506. Boerh. II. 90.*

Chenopodium foliis triangulari ouatis *Linn. Cliff. 84. Roy. 218.*

Chenopodium foliis rhomboideo ouatis integerrimis *Linn. Fl. Suec. 216.*

Vuluaria *Tab. 812. ic. b.*

Atriplex foetida *C. B. P. 119. I. B. II. 974. Moriſ. II. 605. ſ. 5. t. 31. f. 6.*

*Buhlkraut, Schaamkraut, Bockskraut, ſtinkende Melde.*

In ruderibus et ad ſepes, floret aeſtate, annua,

559. Chenopodium folio ſubtus farinoſo, rhomboideo, multis et minoribus dentibus ſerrato *Hall. 175.*

Chenopodium I. *Tab. 812.*

Chenopodium ſylueſtre Opuli folio *Vaill. Par. 36. t. 7. f. 1.*

Chenopodium erectum ramoſiſſimum, foliis triangularibus dentatis, racemis ramoſis caulem ſuperantibus *Linn. Cliff. 85. Roy. 219.*

Chenopodium foliis rhomboideis, dentato ſinuatis, racemis ramoſis ſubnudis *Linn. Fl. Suec. 213.*

Atriplex ſylueſtris latifolia *C. B. P. 119.*

*Gänſefuß, wilde Melde.*

Inter olera et ſegetes vulgatiſſima, floret aeſtate; annua.

560. Chenopodium folio leui, paucis et ampliſſimis dentibus inciſo, ramis florigeris laxis et ramoſis *Hall. 174.*

Chenopodium II. *Tab. 812.*

Chenopodium Stramonii folio *Vaill. Par. 36. t. 7. f. 2. Boerh. II. 91.*

Chenopodium foliis triangulari ſagittatis, infra medium ſinuato dentatis, racemis longiſſimis *Linn. Cliff. 85. Roy. 219.*

Chenopodium foliis cordatis, angulato acuminatis, racemis ramoſis nudis *Linn. Fl. Suec. 214.*

Atriplex dictus pes anſerinus alter ſiue ramoſior *I. B. II. 976.*

Atriplex ſylueſtris latifolia acutiore folio *C. B. P. 119.*

Inter olera et ſegetes, eodem tempore.

Cum praecedente multa habet communia, vt forte mera ſit varietas.

561. Chenopodium folio leui, multis et variis dentibus laciniato *Hall. 174.*

Chenopodium folio laciniato coma purpuraſcente *Tourn. 506. Boerh. II. 90.*

Chenopodium erectum foliis fere triangularibus, antice ſinuato dentatis, racemis erectis folioſis lateralibus *Linn. Cliff. 85. Roy. 219.*

Chenopodium foliis cordato triangularibus obtuſiuſcu-

ſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis, ſubnudis, caule breuioribus *Linn. Fl. Suec. 210.*

Pes anſerinus *Dalech. 542.*

Atriplex dicta, pes anſerinus *I. B. II. 975.*

Secus parietes, vias et in incultis locis, floret aeſtate, annua.

2. Chenopodium foliis inferioribus ouatis, acutis, antrorſum dentatis, ſummis lineari-lanceolatis *Linn. Cliff. 85. Roy. 219. Hall. 175.*

Chenopodium folio ſinuato candicante *Tourn. 506. Boerh. II. 90.*

Chenopodium foliis rhomboideo triangulis eroſis, poſtice integris, ſummis oblongis, racemis erectis *Linn. Fl. Suec. 212.*

Atriplex I. et II. *Tab. 810.*

Atriplex ſylueſtris *I. B. II. 972.*

Atriplex ſylueſtris folio ſinuato candicante *C. B. P. 119.*

In agris pinguioribus et inter ſegetes, floret aeſtate, annua.

In hac ſpecie ſemen intra calicem includitur, clauſum, quinquangulare, euidentius quam in alia ſpecie.

63. Chenopodium foliis ouato oblongis, repandis, racemis nudis ſimplicibus, glomeratis, ſolitariis *Linn. Fl. Suec. 215.*

Chenopodium anguſtifolium laciniatum minus *Tourn. 506. Boerh. II. 90.*

Chenopodium foliis ouato oblongis, repando ſinuatis, florum racemis glomeratis, ex ala ſolitariis *Linn. Cliff. 85. Roy. 219.*

Atriplex anguſtifolia laciniata minor *I. B. II. 972.*

Ad fimeta et domos, aeſtate, annua.

64. Chenopodium foliis integris, obtuſe acuminatis, racemis per caulem nudis, ramoſis *Hall. 176.* Che-

Chenopodium foliis ouatis integerrimis, caule decumbente *Roy. 218. Linn. Fl. Suec. 217.*

Polyſpermum *Tab. 1219. bene.*

Blitum ſylueſtre *Cam. Epit. 237.*

Blitum erectius ſiue III. Tragi *I. B. II. 967.*

Blitum polyſpermum *C. B. P. 118.*

Blitum foliis ouatis *Linn. Cliff. 28.*

In viis publicis vbique, floret aeſtate, annua.

BETA. D. G. 777.

565. Beta *I. B. II. 960. Linn. Cliff. 83. Roy. 220.*

*Var.* 1) Beta communis ſiue viridis *C. B. P. 118.*

2) Beta alba vel palleſcens, quae Cicla offic. *C. B. P.*

3) Beta lutea major *C. B. P.*

4) Beta rubra vulgaris *C. B. P.*

Betam ſylueſtrem maritimam *C. B. P.* eſſe illam ſpeciem, ex qua tot varietates ortae fuerunt, auctor eſt *Linnaeus l. c.*

Icones vide in *Matth. 370.* et *Tab. 814.*

*Mangold, Rüben, rothe Rüben.*

In agris oleraceis occurrunt omnes, florent aeſtate, annuae.

PERSICARIA. D. G. 778.

566. Perſicaria florum ſtaminibus quinis, corollam ſuperantibus, ſtylo bifido *Linn. Cliff. 41. Roy. 216.*

Perſicaria foliis ſerratis, ſpica denſa cylindracea *Hall. 180.*

Perſicaria floribus pentandris, digynis, corolla ſtaminibus breuiore *Linn. Fl. Suec. 318.*

Potamogetton anguſtifolium *Tab. 1117.*

Potamogetton Salicis folio *C. B. P. 193.*

In piſcinis et ſtagnis, aliquando extra aquas, floret Iul. Aug. perennis.

Folia aquis innatantia leuia ſunt, et caulis procumbit, extra aquas hunc erigit et folia hirſuta obtinet.

567. Per-

567. Perſicaria ſtaminibus ſenis, ſtylo duplici *Linn. Cliff. 42. Roy. 216.*

Perſicaria altera *Matth. 440. Tab. 1240. ead.*

Perſicaria mitis *I. B. III. b. 771.*

Perſicaria mitis maculoſa et non maculoſa *C. B. P. 101.*

Perſicaria foliis non ſerratis, pene glabris, vaginis florum ciliaribus, ſpicis denſioribus *Hall. 180.*

Perſicaria floribus hexandris digynis *Linn. Fl. Suec. 319.*

*Var.* 1) Perſicaria mitis floribus candidis *Boerh.*

2) Perſicaria mitis cum maculis ferrum equinum referentibus *Boerh.*

*Floeckkraut, Pferſingkraut.*

Inter ſegetes et ad ſcrobes paſſim, omnes ſaepius vno in loco, floret Iun. Iul. perennis.

568. Perſicaria ſtaminibus ſenis, ſtylo bifido *Linn. Cliff. 46. Roy. 216.*

Perſicaria I. *Tab. 1240. ic. Matth.*

Perſicaria acris ſiue Hydropiper *I. B. III. 772.*

Perſicaria vrens ſiue Hydropiper *C. B. P. 101. Boerh. II. 87.*

Perſicaria acris, ſpicis longis ſtrigoſioribus, vaginis non ciliatis *Hall. 181.*

Hydropiper ſiue Perſicaria *Matth. 440.*

Polygonum foliis lanceolatis, floribus hexandris ſemidigynis *Linn. Mat. 63.*

*Waſſerpfeffer.*

In paludoſis et foſſis ipſis, *an dem Gerberwaſſer,* floret Iun. Iul. annua.

## HERNIARIA. D. G. 779.

569. Herniaria calycibus bractea nudis *Linn. Cliff. 41. Roy. 215. Hall. 182.*

Herniaria

Herniaria *Tab. 1219. ic. Matth.*

Herniaria glabra *I. B. III. b. 379. Boerh. II. 96.*

Polygonum minus *Matth. 677. ic. b.*

Polygonum minus, ſiue Millegrana major *C. B. P. 281. Moriſ. II. 593. ſ. 5. t. 29. f. 2.*

*Var.* Herniaria hirſuta *Boerh.*

*Bruchkraut, Tauſendkorn.*

In arenoſis, *um Pfaffendorff*, floret aeſtate, annua.

VLMVS. D. G. 780.

570. Vlmus fructu membranaceo *Linn. Cliff. 83. Roy. 223. Hall. 167.*

Vlmus *Matth. 135. I. II. III. Tab. 1394. Dod. 825. I. B. I. b. 139.*

Vlmus campeſtris et Theophraſti *C. B. P. 426. Boerh. II. 220.*

Vlmus fructu membranaceo foliis ſerratis dentibus inferne ſerratis *Wachend. 254.*

*Vlmenbaum, Rüſtern.*

In ſepibus et ſyluis, *bey Golitz und Gonnewitz*, floret Mart. April. arbor.

Ingens varietatum numerus; vid. *Haller. 167.* Vlmus longioribus florum et ſeminum petiolis *Rupp. 330.* apud nos frequens.

## III. HEXANTHERAE.

### *A. MONOSTYLA.*

ACORVS. D. G. 784.

571. Acorus *Roy. 6. Hall. 259. Linn. Fl. Suec. 277.*

Acorus verus, ſiue Calamus aromaticus offic. *C. B. P. 34. Th. 626. Boerh. II. 167. Linn. Cliff. 137.*

Acorum *Matth. 21. Tab. 1031. ead.*

Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *I. B. II. 734.*

*Kalmuß.*

In ſtagnis et piſcinis, *im Gerberwaſſer*, floret Iun. Iul. perennis.

*B. TRI-*

## B. *TRISTYLAE.*

RVMEX. D. G. 786.

72. Rumex floribus dioicis, foliis oblongo ſagittatis *Linn. Cliff. 139. Roy. 231.*

Oxalis ſiue Acetoſa *Matth. 353. Tab. 826. ead.*

Oxalis vulgaris *I. B. II. 989.*

Acetoſa pratenſis *C. B. P. 114. Boerh. II. 85.*

Lapathum acetoſum, ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis breuibus *Hall. 168.*

*Var.* Acetoſa montana maxima *C. B. P.*

*Saueranpfer.*

In pratis frequens, floret Iunio, perennis.

Sexus rariſſime in vna planta diſtinctus.

73. Rumex floribus dioicis, foliis lanceolatis, haſtatis *Linn. Cliff. 139. Roy. 231.*

Oxalis ſiue Acetoſa minor *Matth. 354.*

Oxalis ouina V. *Tab. 827. ead.*

Acetoſa parua auriculata repens *I. B. II. 992.*

Acetoſa aruenſis lanceolata *C. B. P. 114. Boerh. II. 86.*

Lapathum acetoſum, ſexu diſtinctum, foliorum ſagittatorum hamis longis et diuergentibus *Hall. 168.*

*Var.* 1) Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens *C. B. P.*

2) Acetoſa minima aruenſis non lanceolata *C. B. P.*

In agris lapidoſis et ſterilibus, Majo cum varietatibus florens inuenitur.

574. Rumex floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis, planis *Linn. Cliff. 138. Roy. 229.* foliis cordato lanceolatis *Linn. Fl. Suec. 292.*

Rumex foliis cordato oblongis, acuminatis integris *Linn. Fl. Lapp. 129.*

Lapathum androgynum obtuſifolium, ſpica confertiſſima *Hall. 170.*

*Var.*

*Var.* 1) Lapathum acutum criſpum *I. B. II. 985.*
Lapathum folio acuto criſpo *C. B. P. 115.* *Boerh. II. 85.*

*Var.* 2) Hippolapathum ſylueſtre *Matth. 354.*
Lapathum paluſtre V. *Tab. 825. ead.*
Lapathum maximum aquaticum *I. B. II. 986.*
Lapathum aquaticum folio cubitali *C. B. P. 116. Boerh. II. 84.*

*Grindwurzel, Pferdsampffer, wilde Rhabarbar.*

Prior in pratis paſſim, altera in foſſis, *in dem Graben bey Pfaffendorff,* floret Iun. Iul. perennis.

Locus, vt *Linnaeus* auctor eſt, plantas differentes effecit, in aquoſis major longe euadit, foliis maximis planis, in ſiccis humilior, foliis vndulatis.

Injuſte reprehenſus fuit *Hallerus* a *Linnaeo Fl. Suec. l. c.* non enim eo in loco invenire potui aſſertum, inuolucra ſeminum eſſe dentata.

575. Rumex floribus hermaphroditis, valuulis dentatis, granulo incumbente auctis *Linn. Cliff. 138. Roy. 229.*

Oxylapathum *Matth. 353.*

Lapathum acutum, ſiue Oxylapathum *Tab. 823. I. B. II. 983.*

Lapathum folio acuto plano *C. B. P. 115. Boerh. II. 85.*

In pratis et agris frequens, Iun. Iul. perennis.

*Hallerus* vt varietatem ad praecedentem ſpeciem refert.

576. Rumex floribus hermaphroditis, ad alas foliorum conglomeratis, foliis lanceolatis, integerrimis.

Hydrolapathum minus *Lob. Hiſt. 151. Ic. 286. Dalech. 605.*

Lapathum aquaticum minus *I. B. II. 987. Hall. 171.*

In locis vbi aquae ſtagnant, *in der Sandgrube,* floret Iul. Aug. perennis.

Nec

Nec hanc plantam a prioribus ſatis differre, exiſtimat *Hallerus*, characterem vero conſtantem eſſe ſaepiſſime vidimus.

IVNCVS. D. G. 787.

577. Iuncus aphyllos, durior, panicula magis ſparſa *Hall. 252.*

Iuncus leuis *Tab. 566.*

Iuncus panicula arundinacea *I. B. II. 520.*

Iuncus leuis panicula ſparſa major *C. B. Th. 182.*

Iuncus culmo nudo ſtricto, panicula laterali *Roy. 44. Linn. Fl. Suec. 279.*

Iuncus culmo nudo paniculato tereti, panicula ſub apice denſa laterali ſparſa et ramoſa *Gleditſch.*

*Binſſen.*

In locis vliginoſis et ad ſcrobes frequens, Iun. Iul. perennis.

578. Iuncus culmo aphyllo, mollior, panicula compactiori *Hall. 252.*

Iuncus *Matth. 731. I. B. II. 520.*

Iuncus acutus *Tab. 566. ic. Matth.*

Iuncus leuis panicula non ſparſa major *C. B. Th. 183.*

Iuncus culmo nudo ſtricto, capitulo laterali *Roy. 44. Linn. Fl. Suec. 278. Gmel. I. 70.*

Iuncus culmo nudo paniculato tereti, panicula ſub apice ramoſa, laterali breui et compacta *Gleditſch.*

Cum praecedente paſſim.

579. Iuncus foliis angulatis, culmo trichotomo, floribus ſolitariis, ſeſſilibus *Roy. 43. Hall. 254. Gmel. I. 67.*

Holoſtium *Matth. 687.*

Holoſteum Matthioli junceum *I. B. II. 510.*

Gramen nemoroſum caliculis paleaceis *C. B. Th. 100.*

Iuncus culmo folioſo dichotomo, ramorum diuiſuris vaginatis, floſculis ſeſſilibus ſolitariis *Gleditſch.*

In ſyluis et pomariis ſubudis, *in den Kohlgærten, bey Schönfeld*, aeſtate frequens.

580. Iuncus foliis mollioribus, carinatis, panicula multiplici et ramoſa *Hall. 254. Gmel. I. 67. t. 17. f. 2.*

Iuncus paruus cum pericarpiis rotundis *I. B. II. 522.*
Gramen junceum foliis et ſpica Iunci *C. B. P. 5.*
Gramen junceum Iunci ſparſi panicula *Moriſ. III. 227. ſ. 8. t. 9. f. 11.*

In gramineis et ad ſepes paſſim.

581. Iuncus foliis articuloſis, ramoſae paniculae ramis ſemel ramoſis *Hall. 255.*

Iuncus foliaceus capſulis triangulis *I. B. II. 521.*
Iuncus foliis articuloſis, panicula inaequali, capitulis ſeſſilibus, capſulis ſubulatis triquetris *Roy. 43.*
Iuncus foliis nodoſo articulatis *Linn. Fl. Suec. 285. Gmel. I. 67.*
Gramen junceum folio articulato aquaticum *C. B. Th. 75.*

Iuncus culmo folioſo paniculato tereti, foliis articuloſis, panicula ſparſa et corymboſa *Gleditſch.*

In pratis paluſtribus et ad foſſas, *auf den Wieſen im Roſenthale.*

582. Iuncus foliis planis, piloſis, panicula in ſpicas congeſta *Hall. 256. Gmel. I. 64.*

Iuncus foliis planis, panicula rara, ſpicis ſeſſilibus et pedunculatis *Linn. Cliff. 137. Roy. 42.*
Iuncus foliis planis, ſpica ſeſſili pedunculatisque *Linn. Fl. Suec. 288.*
Gramen lazulae minus *I. B. II. 493.*

Gramen

Gramen hirſutum capitulis Pſyllii *C. B. P.* 7. *Prodr.* 15.

Iuncus culmo folioſo paniculato, foliis planis, florum paniculis conglobatis ſolitariis paucis *Gleditſch.*

*Var.* Iuncus ſpica ſolitaria racemoſa erecta *Gmel. I. t.* 17. *f.* 1.

In locis opacis, tenui gramine veſtitis, ſiccioribus frequens, Aprili.

583. Iuncus foliis planis latisque, panicula ſparſa, ramoſa *Hall.* 256.

Iuncus foliis planis piloſis, corymbo ramoſo *Linn. Fl. Suec.* 287. *Gmel. I.* 65.

Gramen ſyluaticum IV. *Tab.* 537.

Gramen rore lucidum nemorenſe ſiue lazulae *I. B. II.* 492.

Gramen hirſutum latifolium majus *C. B. Th.* 101.

Iuncus culmo folioſo paniculato, foliis minoribus planis, panicula ſparſa, floſculis majoribus ſparſis *Gleditſch.*

Verno tempore in quercetis ſiccioribus et elatioribus, *im Bienitz, Vniverſitætsholz.*

584. Iuncus foliis planis, latioribus, panicula vmbellata, floribus minimis *Hall.* 258.

Gramen lazulae medium *I. B. II.* 492.

Gramen hirſutum anguſtifolium majus *C. B. Th.* 104.

Iuncus culmo folioſo paniculato, foliis planis, panicula corymboſa laxa et ſparſa, floſculis minimis *Gleditſch.*

In ſyluis et vmbroſis ſiccioribus, *hinter Leutſch, im Roſenthale*, Majo.

585. Iuncus foliis planis, latiſſimis, panicula ſparſa, duplicato ramoſa *Hall.* 257.

Gramen lazulae maximum *I. B. II.* 493.

Gramen hirſutum latifolium minus *C. B. Th. 102.* *Icon non vero deſcriptio.*

Iuncus culmo folioſo paniculato, foliis latiſſimis planis, panicula corymboſa et ſparſa, floſculis exiguis *Gleditſch.*

Sparſim in vmbroſis ſiccioribus et collibus, *im Bienitz.*

586. Iuncus foliis planis, anguſtioribus, panicula vmbellata, foliis breuiori, floribus longiſſimis albis *Hall. 257.*

Gramen leucanthemum *Dalech. 426.*

Gramen lazulae affine flore albo *I. B. II. 492.*

Gramen hirſutum anguſtifolium minus paniculis albis *C. B. Th. 106.*

Iuncus culmo folioſo paniculato, foliis planis, florum panicula corymboſa et laxa, floribus magnis *Gleditſch.*

Iunio, rarius *im Roſenthale*, et ſyluis vmbroſis, *bey Plagwiz und Leutſch.*

587. Iuncus capſulis diſtinctis, tribus aut ſex.

Iuncus floridus minor *C. B. P. 12. Th. 190. I. B. II. 525.*

Iuncoidi affinis paluſtris *Scheuchz. 336.*

Gramen iunceum aquaticum, ſemine racemoſo *Gottſch. 114. ic. 28.*

Scheuchzeria *Linn. Fl. Lapp. 133. t. 10. f. 1. Roy. 45. Hall. 258.*

In paluſtribus, *bey Schönfeld.*

## IV. OCTANTHERAE.

### *A. DISTYLA.*

CHRYSOSPLENIVM. D. G. 791.

588. Chryſoſplenium *Linn. Cliff. 149. Roy. 209.*

Chryſoſplenium vel Saxifraga aurea *Tab. 1224.*

Chry-

Chryſoſplenium foliis amplioribus auriculatis *Tourn. 146. Boerh. II. 95.*

Chryſoſplenium foliis alternis *Hall. 189. Linn. Fl. Suec. 317.*

Saxifraga aurea *Dod. 313. I. B. III. b. 707.*

Saxifraga rotundifolia aurea *C. B. P. 309.*

*Milzkraut.*

In locis riguis, vmbroſis, ad arborum radices, *auf den Wieſen zwiſchen Golitz und Eitritſch*, floret Mart. April. perennis.

Sine ſpecifico nomine aſſumimus plantam, cum omnes, praeter *Dalechampii pag. 1113.* icones folia oppoſita exprimant. Noſtra planta in caule pauciora quidem folia alterna habet, illa vero, quae propius flori adſtant, ſemper oppoſitum ordinem ſeruant. An igitur modo variat?

## *B. TRISTYLAE.*

### POLYGONVM. D. G. 793.

589. Polygonum caule herbaceo, annuo.

Polygonum mas *Matth. 676.* I. et II. *Tab. 1214.*

Polygonum ſeu Centinodia *I. B. III. b. 374.*

Polygonum latifolium *C. B. P. 281. Boerh. II. 88.*

Polygonum *Linn. Cliff. 150. Roy. 215. Hall. 182.*

Polygonum caule procumbente herbaceo, foliis lanceolatis integerrimis *Linn. Mat. 62.*

*Var.* 1) Polygonum breui anguſto folio *C. B. P.*

2) Polygonum anguſto oblongo folio *C. B. P.*

*Wegetritt, Wegegraß.*

In plateis, viis vbique, floret Iunio vsque in autumnum, annua.

In ſolo pinguiori folia lata, in ſterili anguſtiora, in glarioſo calices rubent, in vmbroſo albeſcunt.

### FAGOPYRVM. D. G. 794.

590. Fagopyrum erectum, fructu ex calice eminente leui *Hall. 172.*

Fagopyrum vulgare erectum *Tourn. 511. Boerh. II. 88.*

Frumentum ſaracenicum *Matth. 320.*

Ocymum cereale *Tab. 646. ead.*

Fagotriticum *I. B. II. 993.*

Eryſimum Theophraſti, folio hederaceo *C. B. P. 27. Th. 530.*

Helxine caule erecto inermi, foliis cordato ſagittatis *Linn. Cliff. 151. Roy. 217.* ſeminibus integerrimis *Linn. H. Vpſ. 96.*

Polygonum caule erectiuſculo inermi ramoſo, foliis cordato ſagittatis, ſeminibus laeuibus *Linn. Mat. 63.*

*Heydekorn, Buchweitzen.*

Vt plurimum ſata prouenit, in agris, *bey Mockau,* floret Iulio, annua.

591. Fagopyrum ſcandens, ſemine calyce incluſo *Hall. 173.*

Fagopyrum vulgare ſcandens *Tourn. 511. Boerh. II. 188.*

Volubilis nigra *Tab. 1264.*

Conuoluulus minor ſemine triangulo *C. B. P. 295.*

Helxine ſemine triangulo *I. B. II. 157.*

Helxine caule volubili *Linn. Cliff. 150. Roy. 217.*

*Vogelzunge, Buchwinde, wild Heydekorn.*

In agris cultis frequens, floret Iun. Iul. annua.

Corpuſcula minima, forte nectaria, quae in fundo calycis haerent, characterem eſſentialem conſtituere videntur, cum ex hac ſola nota Perſicariam Nicotianae folio ad Helxinem retulerit *Linnaeus,* vid. *H. Vpſ.* licet nunquam ſtamina octo, nec tres ſtylos oſtendat. Miratus itaque, cur tanta inconſtantia in ſpeciebus ordinandis verſaretur *Linnæus,*en, prodiit ejus Materia medica, et in hac ipſa denuo alia ratione diuer-

ſas

ſas plantas diſponit, et nunc ſub vnico Polygoni genere hanc, et Perſicariam et Fagopyrum et quoque Biſtortam comprehendit. Quam difficilis hiſce laboribus redditur Botanica!

BISTORTA. D. G. 795.

592. Biſtorta foliis ouato oblongis, acuminatis *Linn. Cliff. 150. Roy. 217.*
Biſtorta *Matth. 674. Tab. 820.*
Biſtorta media folio minus rugoſo *I. B. III. 539.*
Biſtorta major radice minus intorta *C. B. P. 192. Boerh. II. 86.*
Biſtorta foliis imis appendiculatis, ſemine triquetro *Hall. 178.*
Polygonum caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ouatis in petiolum decurrentibus *Linn. Mat. 63.*
*Var.* Biſtorta radice magis intorta *C. B. P.*
*Krebswurzel, Natterwurzel.*
In pratis, inprimis vliginoſis vbique, floret Majo, perennis.

*C. TETRASTYLA.*

PENTAPTEROPHYLLON. D. G. 797.

593. Pentapterophyllon floribus ſpicatis.
Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum *Tab. 188. ic. Baub. C. B. P. 141. Prodr. 73.*
Millefolium pennatum aquaticum *I. B. III. b. 775.*
Potamogetton foliis pinnatis *Tourn. 233. Boerh. I. 197.*
Myriophyllum floribus maſculis interrupte ſpicatis *Linn. Cliff. 446. Roy. 213.*
Pentapteris ſcapo florigero nudo *Hall. 201.*
In piſcinis et ſtagnantibus aquis, *in denen Teichen bey dem Gerberwaſſer,* floret Iul. perennis.

594. Pentapterophyllon floribus verticillatis.
Milleſolium aquaticum minus *I. B. III. b. 775.*
Milleſolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos *C. B. P. 141.*
Potamogetton floſculis ad foliorum nodos *Tourn. 233. Boerh. I. 197.*
Myriophyllum floribus omnibus verticillatis *Linn. Cliff. 446. Roy. 213.*
Pentapteris floribus foliis inſidentibus *Hall. 202.*
Cum praecedente.
In hoc genere ſexum diſtinctum, nec vllos hermaphroditos flores aſſumit *Linnaeus.*

## V. DECANTHERA.
### *DISTYLA.*
### SCLERANTHVS. D. G. 798.

595. Scleranthus calycibus fructus patulis *Linn. Fl. Suec. 348.*
Scleranthus *Linn. Cliff. 166. Roy. 215.*
Polygonum minus polycarpum *Tab. 1215. bene.*
Polygonum anguſtiſſimo acuto vel gramineo folio minus repens *C. B. P. 281.*
Knawel *Dod. 115. Boerh. II. 93.*
Knawel annum majus flore minore *Hall. 186.*
In agris et inter ſegetes vbique, aeſtate floret, annua.

## VI. POLYANTHERA.
### *PENTASTYLA.*
### ARVM. D. G. 810.

596. Arum foliis ſagittatis, cucullo recto *Hall. 261.*
Arum *Matth. 448. Tab. 1123. ead. I. B. II. 783.*
Arum vulgare non maculatum *C. B. P. 195. Tourn. 158. Boerh. II. 74.*
Arum acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clauato *Linn. Cliff. 434. Roy. 8.* *Var.*

*Var.* Arum maculatum, maculis candidis et nigris *C. B. P.*

*Aron, Zehrwurzel, deutſcher Ingber, Kalbsfuß.*

In locis vmbroſis et ſyluis, *im Roſenthale*, floret Majo, perennis.

## *GRAMINA ET GRAMINIBVS ADFINES PLANTAE.*

### I. DIANTHERA.

#### ANTHOXANTHVM. D. G. 812.

597. Anthoxanthum *Linn. Fl. Suec. 29. Gmel. I. 127.*

Anthoxanthum floſculis diandris *Linn. Cliff. 25. Roy. 58.*

Gramen anthoxanthon ſpicatum *I. B. II. 466.*

Gramen pratenſe ſpica flaueſcente *C. B. P. 3. Th. 44. Scheuchz. 88. Hall. 230.*

Anthoxanthum foliis breuius acuminatis, ſpica laxa faſtigiata et anguſta *Gleditſch.*

In pratis, Martio, Aprili.

### II. TRIANTHERAE.

### *A. DISTYLAE.*

#### NARDVS. D. G. 814.

598. Nardus ſpica recta *Linn. Fl. Suec. 47.*

Nardus ſpica lineari *Linn. Fl. Lapp. 40. Cliff. 22.*

Gramen ſparteum juncifolium *C. B. P. 5. Th. 69. Scheuchz. 90. Hall. 203.*

Gramen ſparteum capillaceo folio et minus *Moriſ. III. 217. ſ. 8. t. 7. f. 8.*

Nardus foliis capillaceis, ſpica anguſtiſſima recta, locuſtis ariſtatis vno verſu diſpoſitis *Gleditſch.*

In ſiccis et elatioribus locis et ericetis, *im Vniuerſitætsholze, Pomſen, hinter Schœnfeld*, Iul. Aug.

#### PHALARIS. D. G. 816.

599. Phalaris panicula ſubouata, ſpiceformi, glumis carinatis *Linn. H. Vpſ. 19.*

Phalaris *Matth. 658. Dod. 501. I. B. II. 442.*

Phalaris major ſemine albo *C. B. P. 28. Th. 534. Scheuchz. 52.*

Phalaris radice annua *Linn. Cliff. 23. Roy. 63.*

*Canarienſaat.*

In agris, floret aeſtate.

600. Phalaris panicula oblonga *Linn. Fl. Suec. 28. Gmel. I. 86.*

Gramen arundinaceum ſpicatum *C. B. P. 6. Th. 94.*

Gramen aquaticum Paniculatum Phalaridis ſemine *Scheuchz. 126. Hall. 222.*

Arundo foliis planis, panicula ſpicata, ſpiculis confertis *Linn. Cliff. 26. Roy. 66.*

Arundo panicula ſpicata ramoſa erecta, locuſtis breuibus congeſtis *Gleditſch.*

In ſtagnis et foſſis frequens, aeſtate.

PHLEVM. D. G. 817.

601. Phleum ſpica longiſſima, cylindracea *Linn. Cliff. 22. Roy. 53. Gmel. I. 89.*

Gramen cum cauda muris majori longa majus *I. B. II. 472.*

Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima *C. B. Th. 49. Scheuchz. 60. Hall. 232.*

Phleum radice nodoſa, ſpica cylindracea longiſſima *Gleditſch.*

In ſyluis earumque locis pratenſibus, Iulio paſſim.

602. Phleum ſupremi folii vagina ventricoſa, panicula ſpicata, cylindrica, locuſtis ariſtatis *Gleditſch.*

Gramen cum cauda muris minus *I. B. II. 471.*

Gramen typhoides aſperum I. *C. B. Th. 51. Scheuchz. 61. Hall. 232.*

In pratis frequens, Iul. Aug.

*Linnaeus* cum praecedente conjungit.

ALO-

ALOPECVRVS. D. G. 818.

503. Alopecurus culmo infracto *Linn. Fl. Suec. 53. Gmel. I. 88.*

Alopecurus culmo infracto, ariſtis gluma longioribus *Roy. 54.*

Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum *C. B. P. 3. Th. 42. Scheuchz. 72. Hall. 205.*

Alopecurus culmo reclinato, creberrimis geniculis diſtincto, ſpica ariſtata tereti obtuſa *Gleditſch.*

In foſſis aquarum pigriorum, Maj. Iun.

504. Alopecurus culmo erecto *Roy. 54. Gmel. I. 87.*

Gramen typhoides ſpica anguſtiore longiore *C. B. P. 4. Th. 53.*

Gramen ſpicatum, ſpica cylindracea tenuiſſima longiore *Tourn. 520. Scheuchz. 69. Hall. 205.*

Alopecurus culmo erecto, ſpica tenuiſſima e tereti ſenſim faſtigiata et paucioribus ariſtis diſtincta *Gleditſch.*

Ad ſyluas et in pratorum marginibus paſſim, Iulio.

PANICVM. D. G. 819.

605. Panicum ſpica compoſita, ariſtis ſpica longioribus *Linn. Vir. 7. Roy. 55. Gmel. I. 89.*

Panicum ſylueſtre dictum et dens canis I. *I. B. II. 443.*

Panicum ſpiculis ſpicatis ſcabritie adhaerentibus *Linn. Cliff. 27.*

Panicum floribus conglomeratis ſpicatis laeuibus, ariſta dimidio breuioribus *Linn. Fl. Suec. 54.*

Gramen paniceum ſpica aſpera *C. B. P. 8. Th. 139. Scheuchz. 47. Hall. 233.*

Panicum ſpica cylindracea ſimplici piloſa *Gleditſch.*

In agris cultis, aeſtate.

606. Panicum ſpicis alternis, remotis, declinatis, compoſitis *Roy. 55. Gmel. I. 90.*

Graminis genus quibusdam, gallis dens canis II. *I. B. II. 443.*

Gramen

Gramen paniceum ſpica diuiſa *C. B. P. 8. Th. 136.* *Scheuchz. 49. Hall. 233.*

Ad foſſas paſſim.

607. Panicum ſpicis alternis, remotis, laxis *Linn. Cliff. 27.*

Gramen paniceum II. *Tab. 538.*

Gramen paniceum ſpica ariſtis longis armata *C. B. P. 8. Th. 137. Scheuchz. 48. Hall. 234.*

Panicum panicula compoſita erecta *Gleditſch.*

In pratis pomariis et cultis ſubudis nec non ad foſſas, *in den Kohlgærten*, aeſtate et autumno.

Ad praecedentem refert *Gmelinus*, cum quo e[t] conſentire videtur *Hallerus*.

608. Panicum panicula laxa, flaccida, foliorum vaginis pubeſcentibus *Linn. Cliff. 27. Roy. 55.*

Milium *Matth. 328. I. B. II. 446.*

Milium ſemine luteo vel albo *C. B. P. 26. Th. 502.*

*Var.* Milium ſemine nigro *C. B. P. 26. Th. 506.*

*Hirſche.*

Seritur in agris, floret aeſtate.

MILIVM. D. G. 820.

609. Milium glumis diphyllis *Linn. Cliff. 27.*

Milium floribus diſpermis *Linn. Fl. Suec. 55.*

Miliaceum gramen *Tab. 518. ic. Bauh.*

Gramen ſyluaticum miliacea panicula ſparſa *C. B. P. 8. Th. 140. Scheuchz. 133. Hall. 219.*

Milium panicula ampla et ſparſa, ramulis elongatis et tenuiſſimis parum ſubdiuiſis, paucioribus locuſtis *Gleditſch.*

In vmbroſis ſyluaticis, *im Roſenthale, hinter Leutſch, im Bienitz*, Iun. Iul.

AGROSTIS. D. G. 821.

610. Agroſtis petalo (gluma) exteriore ariſtam rectam, ſtrictam et longiſſimam exſerente *Roy. 59. Gmel. I. 92.* Gramen

Gramen capillatum *I. B. II. 462.*
Gramen ſegetum altiſſimum panicula ſparſa *Scheuchz. 144. Hall. 229.* C. B.
Agroſtis culmo longiſſimo, panicula ampliſſima ſparſa nutante, gluma exteriore ariſtam rectam et longiſſimam emittente *Gleditſch.*
In pratis et agris aeſtate.

611. Agroſtis culmo repente, foliis radicalibus breuiore, folii ſupremi vagina ventricoſa *Linn. Fl. Suec. 61.*
Gramen caninum ſupinum minus *Scheuchz. 128. Hall. 218.*
Agroſtis culmo repente, vagina ſupremi folii ventricoſa *Roy. 59.*
In cultis et pratis, ſecus vias, Iunio.

612. Agroſtis panicula laxa, calycibus membranaceis, muticis, aequalibus *Roy. 59.*
Gramen nemoroſum paniculis albis *Vaill. Par. t. 17. f. 5.*
In vmbroſis et ſubhumidis paſſim.

MELICA. D. G. 823.

613. Melica floribus horizontaliter patentibus *Roy. 57.*
Melica petalis exterioribus ciliatis *Linn. Fl. Suec. 56.*
Melica infimo floſculo lanuginoſo *Gmel. I. 99.*
Gramen auenaceum montanum lanuginoſum *C. B. P. 10. Th. 156. Hall. 217.*
Gramen auenaceum ſpica ſimplici, locuſtis denſiſſimis candicantibus et lanuginoſis *Scheuchz. 174.*
Ad muros et in pratis.

614. Melica floſculis glabris, ſummo inaequaliter curtato *Gmel. I. 97.*
Melica petalis imberbibus *Linn. Fl. Suec. 57.*

Gramen

Gramen auenaceum locuſtis rubris montanum C. B. *Th.* 155. *Scheuchz.* 171. *Hall.* 216.

Melica radice repente, panicula ſpicata ſimplici locuſtis obtuſis pendulis, vno verſu diſpoſiti *Gleditſch.*

In ſyluis elatioribus, *im Bienitz, Univerſitætsholze*

AIRA. D. G. 825.

615. Aira foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis, ariſtatis, ariſta recta, breui *Linn. Fl. Suec.* 63. *Gmel. I.* 95.

Aira panicula longiſſima tenui *Linn. Fl. Lapp.* 50.

Gramen altiſſimum ſegetum panicula ſparſa *Scheuchz.* 244. *Hall.* 229.

Aira culmo longiſſimo, panicula ampliſſima ramoſiſſima ſparſa, gluma exteriore ariſtam rectam et tenuem emittente *Gleditſch.*

Sparſim in agris inter ſegetes, aeſtate.

616. Aira foliis pubeſcentibus, panicula contracta, floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſta vncinata, calyce breuiore *Linn. Fl. Suec.* 67.

Aira flore maſculino ariſtato, foeminino mutico *Linn. Cliff.* 27. *Roy.* 60.

Gramen pratenſe paniculatum molle *C. B. P.* 2. *Prodr.* 5. *Th.* 27. *Scheuchz.* 234. *Hall.* 225.

Aira pubeſcens, panicula pyramidali contracta, locuſtis breuibus, floſculo hermaphroditico mutico, maſculo ariſta hamoſa terminato *Gleditſch.*

In paludoſis et pratis, Iul. Aug.

617. Aira foliis planis, panicula patente, floribus muticis laeuibus, calyce breuioribus *Linn. Fl. Suec.* 66.

Aira

Aira culmo inferiore repente, floſculis muticis calyce breuioribus, altero pedunculato *Roy. 60.*
Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce *C. B. P. 1. Pr. 2. Th. 13. I. B. II. 459.*
Gramen paniculatum aquaticum miliaceum *Vaill. Par. 89. t. 17. f. 7.*
In humentibus aruis.

## SECALE. D. G. 826.

618. Secale glumarum ciliis ſcabris *Linn. H. Vpſ. 22.*
Secale *Matth. 325. I. B. II. 416. Linn. Cliff. 25. Roy. 58.*
Secale hybernum vel majus *C. B. P. 23. Th. 425.*
*Var.* Secale vernum ſiue minus *C. B. P.*
*Korn, Rocken.*
Seritur in agris, floret aeſtate.

## TRITICVM. D. G. 827.

619. Triticum radice annua, glumis ventricoſis, glabris, imbricatis, ariſtatis *Linn. H. Vpſ. 21.*
Triticum *Matth. 317.*
Triticum aeſtiuum *C. B. P. 21. Th 358.*
Triticum radice annua, ſpica glabra ariſtata *Linn. Cliff. 24. Roy. 70.*
*Sommerwaitzen.*
In agris ſeritur, floret ſequenti paulo ſerius.

620. Triticum radice annua, glumis ventricoſis, laeuibus, imbricatis, ſubmuticis *Linn. H. Vpſ. 21.*
Triticum vulgare glumas triturando deponens *I. B. II. 407.*
Triticum hybernum ariſtis carens *Matth. 317. C. B. P. 21. Th. 352.*
Triticum radice annua, ſpica mutica *Linn. Cliff. 24. Roy. 70.*
*Winterwaitzen.*
Seritur vt praecedens.

621. Tri-

621. Triticum radice perenni, foliis viridibus
*Linn. Cliff.* 24. *Roy.* 70.
Triticum radice perenni, ſpiculis ſolitariis breuius
ariſtatis, glumis calicum acutiſſimis *Gmel. I.* 118.
Gramen repens officinarum forte triticae ſpicae
aliquatenus ſimile *I. B. II.* 457.
Gramen caninum aruenſe, ſiue gramen Dioſcori-
dis *C. B. P.* 1. *Th.* 7. *Scheuchz.* 5. *Hall.* 207.
Triticum radice geniculata repente, ſpica ariſtata
diſticha anguſta, ariſtis breuibus *Gleditſch.*
*Hundsgraß, Queckengraß.*
Planta agricolis odioſa, ad ſepes vbique, Iunio in
primis floret.

HORDEVM. D. G. 828.

622. Hordeum floſculis lateralibus maſculis, ari-
ſtatis *Linn. Cliff.* 24. *Roy.* 70.
Hordeum murinum *I. B. II.* 431.
Gramen hordeaceum minus et vulgare *C. B. P.* 9.
*Th.* 134. *Scheuchz.* 14. *Hall.* 204.
Ad vias et muros, Majo, Iunio.

623. Hordeum floſculis omnibus hermaphrodi-
tis *Linn. Cliff.* 24. *Roy.* 69. ſeminibus cortica-
tis *Linn. H. Vpſ.* 22.
Hordeum *Matth.* 321.
Hordeum polyſtychum vernum *C. B. P.* 22. *Th.* 439.
*Var.* Hordeum polyſtychum hybernum *C. B. P.*
*Gerſten.*
In agris ſeritur, floret aeſtate.

ARVNDO. D. G. 829.

624. Arundo panicula laxa, floſculis quinis *Linn.*
*Fl. Suec.* 99. *Gmel. I.* 125.
Arundo paluſtris *Matth.* 137.
Arundo vulgaris paluſtris *I. B. II.* 485. *Linn. Cliff.*
26.

Arundo

Arundo vulgaris ſiue Phragmites Dioſcoridis *C. B. P.* 17. *Scheuchz.* 161. *Hall.* 221.

Arundo panicula laxa, calycibus quinquefloris *Roy.* 66.

Arundo foliis ſuperioribus minutiſſime ſerratis acutiſſimis, vaginis piloſis, panicula ampla ſparſa et ramoſa, locuſtis vtrinque acutis *Gleditſch.*

*Rohr, Schilff.*

In foſſis et fluuiis, floret Auguſto.

625. Arundo culmo ramoſo *Linn. Fl. Lapp.* 42 *Gmel. I.* 126.

Gramen arundinaceum, panicula molli ſpadicea, majus *C. B. Th.* 94. *Scheuchz.* 122. *Prodr. t.* 5. *Hall.* 221.

Arundo culmo ramoſo, panicula ſpicata denſa et erecta, locuſtis attenuatis et oblongis *Gleditſch.*

In ſalicetis aliquando, alias in dumetis ad vias, Iul. Aug.

AVENA. D. G. 830.

626. Auena calycibus diſpermis, ſeminibus laevibus *Linn. Cliff.* 25. *Roy.* 65.

Auena *Matth.* 326. *Dod.* 502.

Auena vulgaris ſiue alba *C. B. P.* 23. *Th.* 469.

*Haber.*

In agris ſeritur, floret aeſtate.

627. Auena calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſtato *Linn. Fl. Suec.* 98.

Auena panicula nutante, calycibus bifloris, altero floſculo ariſtato *Roy.* 66.

Gramen nodoſum, auenacea panicula *C. B. P.* 2. *Prodr.* 3. *Th.* 18. *Scheuchz.* 237. *Hall.* 225.

In pratis et inter ſegetes.

R 628. Auena

628. Auena ſpicis erectis, calyce ſpiculis breviore *Linn. Fl. Lapp. 31. Fl. Suec. 96. Roy. 65.*

Auena calycibus trifloris, panicula nutante, foliis planis *Gmel. I. 129.*

Gramen auenaceum panicula purpuro argentea ſplendente *Scheuchz. 226. Hall. 226.*

Gramen auenaceum locuſtis ſplendentibus et bicornibus *Vaill. 98. t. 18. f. 1.*

Auena panicula ſpicata anguſta, locuſtis teretibus multifloris erectis *Gleditſch.*

In pratis campeſtribus et dumetis, *im Bienitz, auf den Wieſen nach den Gonnewitzer Schanzen,* Iun. Iul.

## POA. D. G. 831.

629. Poa panicula diffuſa, angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo, compreſſo *Linn. Fl. Suec. 75.*

Poa ſpiculis ouatis compreſſis muticis, floſculis glabris *Gmel. I. 102.*

Gramen paniculatum minus album et rubrum *Tab. 519. I. B. II. 465.*

Gramen pratenſe paniculatum minus *C. B. P. 2. Th. 30. Scheuchz. 189. Hall. 214.*

Poa culmo compreſſo, panicula denſa et anguſta, locuſtis muticis et obtuſis majoribus glabris *Gleditſch.*

Ad vias et loca ſicca, toto anno ferme frequens.

630. Poa panicula ſubdiffuſa, ſpiculis quinquefloris, baſi pubeſcentibus, culmo erecto, tereti *Linn. Fl. Suec. 78.*

Poa ſpiculis ouatis compreſſis muticis, floſculis lanuginoſis *Gmel. I. 103.*

Gramen pratenſe minus *I. B. II. 542.*

Gramen pratenſe paniculatum medium *C. B. P. 2. Th. 30. Scheuchz. 180. Hall. 214.*

In pratis frequens.

631. Poa

631. Poa panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris, pubeſcentibus, culmo erecto, tereti *Linn. Fl. Suec. 77. Gmel. I. 104.*

Poa ſpiculis ouato oblongis, foliis ſubulatis *Linn. Fl. Lapp. 52.*

Gramen pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio *C. B. P. 2. Th. 29. Scheuchz. 178. Hall. 215.*

In pratis et ſyluis, Iul. Aug.

632. Poa panicula diffuſa, ſpiculis trifloris, glabris, culmo erecto, tereti *Linn. Fl. Suec. 76.*

Poa ſpiculis ouatis compreſſis muticis *Linn. Fl. Lapp. 51.*

Gramen alterum *Tab. 515.*

Gramen pratenſe paniculatum majus *C. B. Th. 28. Scheuchz. 177. Hall. 215.*

Poa panicula diffuſa ampliſſima, locuſtis muticis ouatis compreſſis et villoſis *Gleditſch.*

Iisdem natalibus, Auguſto vulgaris.

633. Poa panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris, linearibus *Linn. Fl. Suec. 73. Gmel. I. 105.*

Poa panicula contracta, ſpiculis ouatis teretiuſculis *Linn. Cliff. 496. Roy. 61.*

Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum *C. B. Th. 38. Scheuchz. 191. Hall. 213.*

Poa culmo longiſſimo, panicula ramoſa pedali, locuſtis imbricatis diſtichis, ſexfloris muticis *Gleditſch.*

In pratis paludoſis et foſſis, *auf denen Gerber- und Schönfelder Wieſen*, Iul. Aug.

634. Poa foliis ſetaceis, panicula ſecunda, glumis anguſtis, ariſtatis *Gmel. I. 107.*

Gramen foliolis junceis breuibus majus radice nigra *C. B. Th. 73. Scheuchz. 279. Hall. 211.*

Gramen criſtatum radiculis nigricantibus *Gottſch. 110. ic. 24.*

Feſtuca foliis ſetaceis faſciculoſis, panicula anguſta et tenui, locuſtis ariſtatis eroſis alternis *Gleditſch.*

In locis ſiccis et ſaepe in muris, *im Bienitz*, Iun. Iul.

635. Poa panicula ſecunda coarctata, culmo obliquo compreſſo *Linn. Fl. Suec.* 74.

Poa ſpiculis ouatis muticis, culmo compreſſo, panicula coarctata *Gmel. I. 103.*

Gramen paniculatum radice repente, culmo compreſſo *Vaill. Par. 91. t. 18. f. 5.*

Gramen paniculatum radice repente, culmo compreſſo, locuſtis diſtichis pulchellis *Scheuchz. 198. Hall. 213.*

Poa radice repente, culmo declinato compreſſo, panicula parua minus diffuſa, locuſtis diſtichis muticis compreſſis *Gleditſch.*

In tectis, muris, agris elatioribus, aeſtate.

CYNOSVRVS. D. G. 833.

636. Cynoſurus bracteis integris *Linn. Cliff. 495. Roy. 64.*

Gramen glumis variis *C. B. P. 10. Pr. 21. Th. 158. Scheuchz. 83. Hall. 230.*

In montoſis ſterilioribus, Mart. April.

637. Cynoſurus bracteis pinnatifidis *Linn. Cliff. 493. Roy. 64.*

Gramen pratenſe criſtatum ſiue ſpica criſtata laeui *C. B. P. 3. Th. 42. Scheuchz. 79. Hall. 232.*

Cynoſurus ſpica anguſta, locuſtarum faſciculis elongatis alternis, ad vnum latus ſpectantibus *Gleditſch.*

In agris et pratis, Iun. Iul.

638. Cynoſurus panicula ſecunda glomerata *Linn. Fl. Suec. 83.*

Gramen aſperum *I. B. II. 467.*

Gramen

Gramen ſpicatum folio aſpero *C. B. P. 3. Prodr. 9. Th. 45. Scheuchz. 299. Hall. 231.*

Poa floſculis confertis, vno verſu diſpoſitis *Linn. Cliff. 28. Roy. 62.*

Feſtuca paniculis partialibus ſecundis glomeratis *Gmel. I. 117.*

Cynoſurus culmo ramoſo, panicula ſparſa, locuſtarum racemulis compreſſis ariſtatis vno verſu diſpoſitis *Gleditſch.*

In pratis vliginoſis, *auf den Roſenthaler Wieſen und hinter Schœnfeld.*

BROMVS. D. G. 834.

639. Bromus culmo indiuiſo, ſpicis alternis, ſubſeſſilibus, teretibus *Linn. Fl. Suec. 89.*

Gramen ſpicae Brizae majus *C. B. P. 9. Prodr. 19. Th. 133. I. B. II. 477.*

Gramen loliaceum corniculatum *Scheuchz. 35. Hall. 208.*

Feſtuca culmo alternatim ſpicato, ſpicis teretibus *Linn. Fl. Lapp. 29. Roy. 67.*

Poa culmo alternatim ſpicato, ſpicis teretibus hirſutis *Gmel. I. 112.*

Triticum culmo ſummo ſpiculis alternis et breuibus teretiuſculis terminato, ariſtis breuibus *Gleditſch.*

In ſyluis et dumetis elatioribus, *im Bienitz,* aeſtate.

640. Bromus panicula patente, ſpiculis ouatis *Linn. Fl. Suec. 84.*

Feſtuca graminea glumis hirſutis *C. B. P. 9. Th. 143. Scheuchz. 250.*

Feſtuca culmo paniculato, ſpicis compreſſis ouatis *Linn. Fl. Lapp. 28. Roy. 67.*

Gramen auenaceum locuſtis villoſis craſſis *Hall. 227.*

Bromus panicula propendente rara laxa piloſa, locuſtis

locuſtis ſpicatis ventricoſis et acuminatis amplis *Gleditſch.*

In pratis, agris et muris frequens, Iun. Iul.

641. Bromus panicula nutante, ſpiculis ouato oblongis *Linn. Fl. Suec. 85.*

Bromus culmo paniculato, ſpicis compreſſis *Linn. Cliff. 25. Roy. 67.*

Aegilops I. *Matth. 834.*

Feſtuca auenacea ſterilis elatior, ſiue Bromos Dioſcoridis *C. B. P. 9. Th. 146.*

Feſtuca panicula longiſſima ſparſa nutante, locuſtis diſtichis amplis, glumis calycinis in tenuiſſimum acumen productis *Gleditſch.*

Ad ſepes, in tectis et muris, Iunio.

642. Bromus panicula erecta, coarctata *Linn. Fl. Suec. 87.*

Gramini murali Dalechampii ſimile, ſi non idem *I. B. II. 438.*

Gramen auenaceum pratenſe panicula ſquamata et piloſa *Moriſ. III. 213. ſ. 8. t. 7. f. 18.*

Gramen auenaceum locuſtis villoſis anguſtis candicantibus et ariſtatis *Scheuchz. 254. Hall. 228.*

Bromus panicula contracta nutante et locuſtis piloſis ventricoſis et amplis *Gleditſch.*

In pratis, agris et muris, Iun. Iul. frequens.

FESTVCA. D. G. 835.

643. Feſtuca panicula ramoſa, erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus, teretibus, muticis *Linn. Fl. Suec. 90.*

Gramen aquaticum fluitans multiplici ſpica *C. B. P. 3. Th. 41. Scheuchz. 199. Hall. 212.*

Poa ſpicis oblongis erectis *Linn. Cliff. 28. Roy. 62.*

Feſtuca culmo procumbente ramoſo et ſulcato, panicula erecta et ramoſa, locuſtis muticis et teretibus *Gleditſch.*

In

In ſtagnis et fosſis, *im Roſenthale, hinter Schœnfeld*, aeſtate.

644. Feſtuca glumis vnifloris, ariſtis longiſſimis, nudis *Gmel. I. 114.*

Feſtuca junceo folio *C. B. P. 9. Prodr. 19. Th. 145. Scheuchz. 151. Hall. 230.*

Feſtuca junceo folio ſpica gemina *I. B. II. 544.*

Feſtuca ariſtis longitudine circiter paniculae nudis *Roy. 68.*

In apricis et aſperis, aeſtate.

Feſtucae genus cum Poa conjungit *Gmelinus*, et an non etiam Bromus addi debeat, dubius huc vsque fuit, cum characteres et inprimis ariſtarum nota maxime ludant.

## LOLIVM. D. G. 836.

645. Lolium ſpicis muticis, radice perenni *Linn. Cliff. 24. Roy. 69.*

Lolium ſpicis compreſſis, radice perenni *Linn. Fl. Lapp. 32.*

Phoenix *Matth. 723. Dod. 531.*

Gramen loliaceum anguſtiore folio et ſpica *C. B. P. 9. Th. 128. Scheuchz. 25. Hall. 206.*

Lolium foliis ſurrectis rigidis, ſpica interrupta compreſſa, ſpiculis in ſummo ſcapho alternis muticis *Gleditſch.*

Ad agrorum margines et vias, aeſtate.

646. Lolium ſpicis ariſtatis, radice annua *Linn. Cliff. 23. Roy. 69.*

Lolium *Matth. 331. Dod. 529.*

Gramen loliaceum ſpica longiore *C. B. P. 9. Th. 121. Scheuchz. 31. Hall. 206.*

Lolium culmo craſſioribus geniculis nodoſo, foliis inflexis pendulis, ſpica interrupta compreſſa, ſpiculis ariſtatis alternis *Gleditſch.*

*Dreſpe.*

Creſcit in agris, inprimis vbi Auena, floret aeſtate.

BRIZA. D. G. 837.

647. Briza ſpiculis ouatis, calyce floſculis breviore *Linn. Cliff. 23. Roy. 63.*

Gramen leporinum *Tab. 541. ic. Baub.*

Gramen tremulum *I. B. II. 469.*

Gramen tremulum majus *C. B. P. 2. Th. 22. Scheuchz. 204. Hall. 212.*

Briza panicula nuda ramoſa tenuiſſima et ſparſa, locuſtis multifloris et ſubrotundis vtrinque compreſſis *Gleditſch.*

*Var.* Briza ſpicis triangularibus, calyce floſculis longiore *Linn. Cliff. 23. Roy. 63.*

Gramen tremulum minus, panicula parua *C. B. P. 2. Th. 25. Scheuchz. 205.*

In paludoſis et ſyluis elatioribus pluribus, *auf dem Gickerlingsberge, Schœnfelder Wieſen.*

Varietatem modo juniorem plantam eſſe affirmat *Hallerus.*

## *PLANTAE GRAMINIBVS ADFINES.*

## TRIANTHERAE.

### *MONOSTYLAE.*

CYPERVS. D. G. 840.

648. Cyperus culmo triquetro, ſtriato, panicula ramis inaequalibus compoſita et ſparſa, ſpiculis confertis, mucronatis, compreſſis *Gleditſch.*

Cyperus minor pulcher panicula compreſſa nigricante *Moriſ. III. 239. ſ. 8. t. 11. f. 38.*

Cyperus minimus panicula ſparſa nigricante *Tourn. 527. Scheuchz. 384. Hall. 247.*

Gramen cyperoides minus, panicula ſparſa *C. B. Th. 89.*

In

In paluſtribus et muſcoſis pratenſibus, circa piſcinas et lacus, *hinter der Mühle bey Schönfeld, und von da nach Abtnauendorff*, autumno.

649. Cyperus culmo triquetro, ſtriato, panicula conglobata, ſpiculis compreſſis, latis, breuibus, denſe congeſtis *Gleditſch.*

Cyperus minor pulcher panicula lata compreſſa ſubflaueſcente *Moriſ. III. 239. ſ. 8. t. 11. f. 37.*

Cyperus minimus panicula ſubflaueſcente *Tourn. 527. Scheuchz. 385. Hall. 246.*

Cum praecedente, a quo parum differt.

SCIRPVS. D. G. 841.

650. Scirpus culmo tereti, nudo, ſetaeformi, ſpica ouata, biualui, terminatrice, ſeminibus nudis *Linn. Fl. Suec. 43.*

Scirpus ſpica biualui ſpadicea obeſiore *Hall. 249.*

Iuncellus minimus capitulis Equiſeti *Bocc. Sic. 42. Moriſ. III. 238. ſ. 8. t. 10. f. 37.*

Scirpus culmo nudo ſetaceo tereti, ſpica ouata ſolitaria breuiſſima terminatrice *Gleditſch.*

In agris et paſcuis ſubhumidis circa pagos, toto autumno.

651. Scirpus planifolius, caule triquetro, panicula foliis inſidente *Hall. 247.*

Scirpus culmo triquetro folioſo, panicula folioſa, pedunculis nudis ſupra decompoſitis, ſpicis confertis *Linn. Fl. Suec. 38. Gmel. I. 81.*

Cyperus gramineus *I. B. II. 504. Scheuchz. 393.*

Gramen arundinaceum foliis acutiſſimis panicula acutiſſima, Cyperi facie *Gottſch. 119. ic. 33.*

In aquoſis et pratis paluſtribus, Iun. Iul.

652. Scirpus teres, panicula ſub apice culmi ramoſa *Hall. 247.*

Scirpus ſpicis copioſis *Roy. 48.*

Scirpus culmo tereti nudo, ſpicis plurimis pedunculatis terminatricibus *Linn. Fl. Suec. 40. Gmel. I. 79.*

Iuncus maximus ſiue Scirpus *C. B. Th. 178.*

Scirpus culmo nudo ſimpliciſſimo tereti, panicula ſub apice ſeſſili, ſparſa et ramoſa *Gleditſch.*

In ſtagnis et piſcinis majoribus, *bey Pomſen.*

653. Scirpus caule aphyllo, ſpica imbricata, terete *Hall. 248.*

Scirpus culmo nudo, ſpica terminatrici ſubouata *Roy. 48.*

Scirpus culmo tereti nudo, ſpica ſubouata imbricata terminatrice *Linn. Fl. Suec. 41. Gmel. I. 83.*

Iuncus Equiſeti capitulis *C. B. Th. 186.*

Scirpus culmo nudo tereti ſimpliciſſimo, ſpica ſolitaria ſimplici oblonga terminatrice *Gleditſch.*

In paluſtribus paſcuis et pratis, frequens.

SCHOENVS. D. G. 842.

654. Schoenus culmo tereti, foliis margine, dorſoque aculeatis *Linn. Fl. Suec. 35.*

Cyperus longus inodorus germanicus *C. B. P. 14. Th. 221.*

Pſeudo cyperus paluſtris foliis et carina ſerratis *Scheuchz. 375.*

Mariſcus *Hall. 251.*

Schoenus radice repente, culmo folioſo paniculato tereti, foliis triquetris in margine et dorſo denticulis tenuiſſime aculeatis *Gleditſch.*

In vliginoſis et paluſtribus ſparſim, *auf den Schönfelder und Gerberwieſen.*

LINAGROSTIS. D. G. 844.

655. Linagroſtis foliis planis, ſpicis multiplicibus *Hall. 250.*

Linagroſtis *Tab. 540. ic. Bauh.*

Linagro-

Linagroſtis panicula ampliore *Tourn. 664. Vaill. Par. 117. t. 16. f. 1. Scheuchz. 306.*
Gramen pratenſe tomentoſum panicula ſparſa *C. B. P. 4. Th. 61. Boerh. II. 164.*
Eriophoron ſpicis pendulis *Linn. Cliff. 22. Roy. 51.*
Eriophoron culmo folioſo tereti, foliis planis *Linn. Fl. Suec. 44. Gmel. I. 85.*
Eriophoron culmo folioſo paniculato et tereti, foliis planis, ſpicis pluribus ſparſis *Gleditſch.*

*Var.* Linagroſtis panicula minore *Vaill. t. 16. f. 1.*

*Flachsgraſs.*

In ſpongioſis et paludoſis pratis, *auf den Schönfelder Wieſen*, lana candicans, flores, pendula Iun. Iul. perennis.

A Cypero vix differt Linagroſtis, niſi pappo longiore ſpicarum.

# CLASSIS XVI.

## Plantae flore relatiuo, monophyto.

### I. MONOPETALAE.

CVCVMIS. D. G. 854.

656. Cucumis foliorum angulis rectis *Linn. Cliff. 451. Roy. 263.*
Cucumis *Matth. 395. Tab. 864.*
Cucumis vulgaris viridis et albus *I. B. II. 245.*
Cucumis ſativus vulgaris *C. B. P. 310. Boerh. II. 77.*

*Cucumern, Gurken.*

Colitur in agris, *in den Kohlgærten*, floret aeſtate annua.

CVCVRBITA. D. G. 855.

657. Cucurbita ſeminibus obſolete bicornibus *Linn. Cliff. 451. Roy. 263.*

Cucurbita

Cucurbita *Matth. 392. 393. Tab. 860. 861.*
Cucurbita longa, folio molli, flore albo *I. B. II. 214. ſeq.*
Cucurbita oblonga flore albo, folio molli *C. B. P. 313. Boerh. II. 80.*
*Kürbiß.*
Colitur cum praecedente.
Varietatum copia ingens.

BRYONIA. D. G. 856.

658. Bryonia foliis quinquangulis ſcabris *Hall. 506.*
Bryonia *Tab. 1291. ic. Matth.*
Bryonia alba baccis nigris *C. B. P. 297. Tourn. 102.*
Bryonia foliis palmatis, vtrinque calloſe ſcabris *Linn. Cliff. 453. Roy. 264.*
Vitis alba *Matth. 882. I. B. II. 143.*
*Var.* Bryonia aſpera ſiue alba baccis rubris *Tourn.*
*Zaunrübe, Gichtrübe.*
Ad ſepes et in fruticetis, *in den Kohlgærten,* floret Iun. Iul. perennis.

XANTHIVM. D. G. 859.

659. Xanthium caule inermi *Linn. Cliff. 443. Roy. 85. Hall. 161.*
Xanthium *Matth. 834. Dod. 39. Tourn. 439. Boerh. II. 103.*
Xanthium ſiue Lappa minor *I. B. III. b. 572.*
Lappa minor *Tab. 1157. ic. Matth.*
Lappa minor, Xanthium Dioſcoridis *C. B. P. 198.*
*Spitzkletten.*
In laeto et pingui ſolo ac ſterquiliniis gignitur, *an dem Peters - Schieſsgraben,* floret Iul. annua.

## II. TRIPETALA.

SAGITTARIA. D. G. 861.

737. Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breuiſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum et terreſtre ramoſum et breve *Hall. 108.*

Muſcus capillaceus minimus acaulos, calyptra ſtriata *Vaill. Par. t. 27. f. 10.*

Cum priore, ad quam et *Linnaeus* refert, de quibus *Conf. Dill. Muſc. t. 55. f. 8. 9. 10. 11.*

BRYVM. D. G. 957.

738. Bryum capſula erectiuſcula, oblonga, caulium diuiſuris pedunculiferis, ſummitatibus ſtellatis, carinatis *Linn. Fl. Suec. 896.*

Bryum peranguſtis foliis et cauliculis, foliis crebrioribus et circa ſummitatem magis congeſtis: capitulis erectis ex ſurculis annotinis egredientibus *Hall. 111.*

Bryum tenue ſtellatum ſetis purpureis *Dill. Muſc. 386. t. 49. f. 51.*

Primo vere vulgaris planta in agris, ſyluis, muris, lignis.

739. Bryum trichodes, erectis capitulis, albidum fragile *Hall. 114.*

Muſcus trichodes montanus albus fragilis *Vaill. Par. t. 26. f. 13.*

In ſyluis ad arbores autumno.

740. Bryum capſulis erectis ſphaericis *Linn. Fl. Suec. 888.*

Bryum

Bryum trichodes vireſcens, erectis majuſculis capitulis maliformibus *Hall. 108.*

Bryum capillaceum capſulis ſphaericis *Dill. Muſc. 339. t. 44. f. 1.*

Muſcus trichodes minimus ſericeus capillaceus, capitulis ſphaericis *Vaill. Par. t. 24. f. 9.* et *12.*

In elatioribus ſyluis, *im Bienitz*, aliquando in hortorum areolis obſeruatur, Febr. Mart.

741. Bryum capſulis erectiuſculis, foliis piliferis, recuruis *Linn. Fl. Suec. 900.*

Bryum caule erecto, foliis reflexis, ſeta terminatis, capitulis falcatis *Linn. Fl. Lapp. 397.*

Bryum majus, erectis falcatis capitulis, foliis lativſculis exſtantibus in pilum caneſcentem deſinentibus *Hall. 112.*

Bryum rurale vnguiculatum hirſutum elatius et ramoſius *Dill. Muſc. 352. t. 45. f. 12.*

In tectis ſtramineis, muris, lapidibus et lignis, liisque rejectaneis ſuburbanis Febr. Mart. Saepius mbribus vernis copioſe in plateas praecipitatur.

742. Bryum minus, erectis, minus falcatis capitulis, foliis latiuſculis, congeſtis, in pilum caneſcentem deſinentibus *Hall. 112.*

Muſcus capillaris minor, capitulis erectis, vulgatiſſimus, foliis in pilum deſinentibus *Vaill. Par. t. 24. f. 15.*

Iisdem natalibus.

743. Bryum capſulis erectis, turbinato ouatis, operculo obtuſiuſculo *Linn. Fl. Suec. 890.*

Bryum parvum erectum, pyriformibus majuſculis capitulis, foliolis Serpilli pellucidis *Hall. 113.*

Bryum ſerpillifolium pellucidum, capſulis pyriformibus *Dill. Muſc. 345. t. 44. f. 6.*

Muſcus

Muſcus capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis *Vaill. Par. t. 29. f. 3.*

Mart. April. in ſubhumidis, ad arborum radices, agrorum margines et varia rejectanea ſylueſtria, aliquando in ipſis hybernaculis plantarum paulo praecocius naſcitur.

744. Bryum erectis, longis, acutis et falcatis capitulis, calyptra ſubfuſca, foliis Serpilli pellucidis *Hall. 112.*

Muſcus capillaris corniculis longiſſimis et acutiſſimis *Moriſ. III. 631. t. 7. f. 13.*

In pratis vliginoſis et ſyluis humidioribus, *im Roſenthale, hinter Schönfeld*, Mart. April.

745. Bryum capſulis erectis, ſubrotundis, operculo mucronato *Linn. Fl. Suec. 889.*

Bryum exiguum creberrimis capſulis rufis *Dill. Muſc. 347. t. 45. f. 7.*

*Var.* Bryum parvum, erectis ſubrotundis majuſculis capitulis ſubfuſcis, foliis Serpilli pellucidis *Dill. Giſſ. 223.*

Muſcus ſtellaris minimus, pediculo breuiſſimo, capſulis turgidis *Buxb. Cent. II. 4. t. 2. f. 2.*

Cum praecedente, inque virgultis et alnetis hyeme et primo vere, vbi circa arborum truncos magnitudine et ipſis foliis variat.

746. Bryum capſulis erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolatis, carinatis, vndulatis, patentibus, ſerratis *Linn. Fl. Suec. 899.*

Bryum capitulis oblongis rubentibus foliis oblongis anguſtis pellucidis rugoſis *Hall. 114.*

Bryum Phyllitidis folio rugoſo acuto, capſulis incuruis *Dill. Muſc. 360. t. 46. f. 18.*

Muſcus capillaceus minor, capitulo longiori falcato *Vaill. Par. t. 26. f. 17.*

Serius

Serius floret quam praecedentes, ad arbores, *im Roſenthale*, magnitudine variat.

747. Bryum anguſtis viridibus foliis, capitulis erectis, breuibus pediculis inſidentibus, calyptra falcata, vel auium vnguiculas referente *Hall.* 112.

Muſcus muralis omnium vulgatiſſimus non villoſus *Vaill. Par. t.* 24. *f.* 14.

In ſaxis, muris, et lapidibus ſeptentrionalibus ſuburbanis, primo vere.

748. Bryum vnguiculatum et barbatum, tenuius et ſtellatum *Hall.* 111.

Muſcus muralis minimus roſeus vel ſtellaris, capitulis longiuſculis acutis erectis *Vaill. Par. t.* 24. *f.* 8.

In muris eorumque cauernis, nec non aggeribus frequens, Febr. Mart.

749. Bryum capſulis pendulis, ſurculis cylindricis, imbricato leuibus, *Linn. Fl. Suec.* 909.

Bryum capitulis ſubrotundis reflexis, cauliculis teretibus argenteis *Hall.* 117.

Bryum pendulum julaceum argenteum et ſericeum *Dill. Muſc.* 392. *t.* 50. *f.* 62.

Muſcus ſquamoſus argenteus Ericae folio *Vaill. Par. t.* 26. *f.* 3.

In muris et aggeribus, ſoli expoſitis, hyeme et primo vere.

750. Bryum capſulis pendulis, foliis lanceolatis, acuminato ſetaceis, pedunculis longiſſimis *Linn. Fl. Suec.* 905.

Bryum trichodes, capitulis reflexis pediculis ima medietate rubris, ſumma luteo virentibus *Hall.* 116.

Bryum pendulum ouatum caeſpiticium et piloſum, ſeta bicolori *Dill. Muſc. 396. t. 50. f. 66.*

Muſcus capillaceus minimus, capitulo nutante, pedunculo purpureo *Vaill. Par. t. 29. f. 7.*

Locis praedictis cum praecedente habitat.

751. Bryum capſulis ſubrotundis, pedunculis reflexis, piliferis *Linn. Fl. Suec. 904.*

Bryum trichodes, hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbreuibus pediculis *Hall. 117.*

Bryum orbiculare puluinatum hirſutie caneſcens, capſulis immerſis *Dill. Muſc. 395. t. 50. f. 65.*

Muſcus capillaceus lanuginoſus minimus *Vaill. Par. t. 29. f. 2.*

In aedium tectis ligneis aut ſtramineis muris, et aggeribus, verno tempore abundat.

752. Bryum capſula nutante, turbinato ouata, calyptra reflexa, quadrangulari *Linn. Fl. Suec. 903.*

Bryum aureum, capitulis reflexis piriformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbi formam congeſtis *Hall. 115.*

Bryum bulbiforme aureum, calyptra quadrangulari, capſulis piriformibus nutantibus *Dill. Muſc. 407. t. 52. f. 75.*

Muſcus capillaceus folio rotundiore capſula oblonga incurua *Vaill. Par. t. 26. f. 16.*

In ruderatis agris et ſyluis, primo vere frequens. Pediculi figura notam diſtinctiuam facile praebet tyronibus.

753. Bryum nitidum, foliis oblongis, vndatis, capitulis cernuis, arbuſculam referens *Hall. 118.*

Muſcus Polygoni folio *Vaill. Par. t. 24. f. 3.*

In

In ſyluis, pomariis et dumetis humidiuſculis copioſe, Mart. April. inuenitur, ſed rarius floret.

754. Bryum capſulis erectis, ouatis, foliis lanceolatis, acuminatis, imbricato patulis *Linn. Fl. Suec. 893.*

Bryum trichodes exile, erectis capitulis in pediculis breuiſſimis *Hall. 110.*

Bryum capillaceum breue, pallide et laete virens, capſulis ouatis *Dill. Muſc. 380. t. 48. f. 43.*

Muſcus capillaceus minimus, foliis longioribus et anguſtioribus *Vaill. Par. t. 29. f. 5.*

In agris et ad foſſas.

755. Bryum nitidum, Serpilli rotundis foliis *Hall. 115.*

Muſcus folio lato ſubrotundo, capitulo ſingulari nutante, pedunculo longo ſubrubente inſidente *Vaill. Par. t. 26. f. 5.* et *18.*

In alnetis et pratis paluſtribus habitat.

756. Bryum capſulis erectiuſculis, pedunculis aggregatis, foliis ſecundis recuruatis, caule declinato *Linn. Fl. Suec. 898.*

Bryum reclinatum, foliis falcatis ſcoparum effigie *Dill. Muſc. 357. t. 46. f. 16.*

Hypnum erectum luteo viride, foliis vno verſu diſpoſitis *Hall. 103.*

Muſcus capillaceus major, pedunculo et capitulo tenuioribus *Vaill. Par. t. 28. f. 12.*

In ericetis et ſyluis, ad arborum truncos.

HYPNVM. D. G. 958.

757. Hypnum caule repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, capitulis ſubnutantibus *Linn. Fl. Suec. 883.*

Hypnum repens trichodes terreſtre viridius minus, capitulis tumidioribus cernuis *Hall. 99.*

Hypnum velutinum, capſulis ouatis cernuis *Dill. Muſc.326.t.42.f.61.*

Muſcus terreſtris minor omnium vulgatiſſimus *Buxb. Cent. IV. 35. t. 62. f. 2.*

In ſyluis et pomariis ad ligna, ſepes et in caeſpite frequens, floret autumno.

758. Hypnum repens trichodes, terreſtre minimum, priori viridius et minus, capitulis cernuis et minus tumidis *Hall.99.*

Muſcus terreſtris vulgaris minor Adianthi aurei capitulis *Buxb. Cent. IV.35. t.62.f.3.*

In ſyluis ad arborum radices nimis frequens, autumno.

*Linnaeus* ad praecedentem refert.

759. Hypnum caule repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, capitulis erectis *Linn. Fl. Suec. 882.*

Hypnum repens trichodes terreſtre luteo virens vulgare majus, capitulis erectis *Hall.98.*

Hypnum vulgare ſericeum recuruum, capſulis erectis cuſpidatis *Dill. Muſc. 323.t.42.f.59.*

Muſcus arboreus ſplendens ſericeus *Vaill. Par. t. 27.f.3.*

Cum priore.

760. Hypnum repens trichodes, terreſtre minimum, capitulis majuſculis oblongis erectis *Hall.99.*

Muſcus terreſtris omnium minimus, capitulis majuſculis oblongis erectis *Vaill. Par.t.28.f.2.6.7.8.*

Praecedentis comes, ſero autumno et primo vere, *im Roſenthale und Streitholze.*

761. Hypnum repens arboreum majus, capitulis et ſurculis erectis minus ramoſis *Hall.102.*

Muſcus

Muſcus ſquamoſus, viticulis longioribus glabris *Vaill. Par. t. 23. f. 1.*

Haec planta variabili maxime habitu obſeruata fuit, *im Roſenthale.*

762. Hypnum caule ſubpinnato, foliis ſecundis recuruis, apice ſubulatis *Linn. Fl. Suec. 880.*

Hypnum repens criſpum cupreſſiforme *Hall. 104.*

Hypnum criſpum cupreſſiforme, foliis aduncis *Dill. Muſc. 287. t. 37. f. 23.*

Muſcus ſquamoſus ramoſus minor et criſpus *Vaill. Par. t. 27. f. 13.*

Ad arborum radices primo ſtatim vere luxuriat.

763. Hypnum repens criſpum luteſcens montanum et majus *Dill. Giſſ. 217.*

Muſco denticulato ſimilis *C. B. P. 360.*

In ſyluis elatioribus frequens, *im Bienitz*, hyeme et vere.

764. Hypnum repens criſpum, ramulis compreſſis, filicinorum more diſpoſitis *Dill. Giſſ. 217. Hall. 105. t. 3. f. 5.*

Ad arborum radices in ſyluis ſiccioribus.

765. Hypnum ramis plano pinnatis, continuata ſerie extenſis *Linn. Fl. Lapp. 406.*

Hypnum repens filicinum veluti ſpicatum *Hall. 103.*

Hypnum filicinum Tamariſci foliis majoribus ſplendentibus *Dill. Muſc. 274. t. 35. f. 13.*

Muſcus filicinus major ſericeus *Vaill. Par. t. 29. f. 1.*

*Im Roſenthale*, Febr. Mart.

766. Hypnum ramis proliferis, plano pinnatis *Linn. Fl. Lapp. 405.*

Hypnum repens filicinum minus luteo virens *Hall. 103.*

Hypnum filicinum Tamariſci foliis minoribus non ſplendentibus *Dill. Muſc. 276. t. 35. f. 14.*

Inferius ad arborum truncos in ſyluis et pomariis.

767. Hypnum ramis vagis recuruis, foliis ouatis rectis acutis patulis *Linn. Fl. Suec. 881.*

Hypnum repens triangularibus majoribus et pallidioribus foliis *Hall. 98.*

Muſcus ſquamoſus major ſiue vulgaris *Vaill. Par. t. 28. f. 9.*

*Im Roſenthale*, et pratis pluribus frequens, autumno.

768. Hypnum ramis vagis, apice foliis conuolutis acuminatis *Linn. Fl. Suec. 884.*

Hypnum repens paluſtre, foliis triangularibus per caulem expanſis, extremitatibus conuolutis et acuminatis *Hall. 100.*

Hypnum paluſtre, extremitatibus cuſpidatis et pungentibus *Dill. Muſc. 300. t. 39. f. 34.*

Muſcus ſquamoſus paluſtris, foliis flagellisque rigidiuſculis incuruis *Vaill. Par. t. 28. f. 11.*

In pratis vliginoſis, nec non ad ſalientes aquas.

769. Hypnum caule erecto, ramis faſciculatis, terminatricibus, ſubdiuiſis, capſulis ſubnutantibus *Linn. Fl. Suec. 887.*

Hypnum paluſtre erectum, arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis *Hall. 101.*

Hypnum dendroides obſcurius, ſetis et capſulis breuioribus nutantibus *Dill. Muſc. 315. t. 41. f. 49.*

In locis humidioribus ad Alni radices.

770. Hypnum trichodes erectum, ramulis recuruis obſcuri coloris *Hall. 101.*

Muſcus arboreus ſplendens, myoſuroides *Vaill. t. 27. f. 12.*

Ad cortices arborum paſſim.

771.

771. Hypnum ramis pinnatis, ramulis diſtantibus, foliolis imbricatis, incuruis, acutis ſecundis *Linn. Fl. Suec. 875.*

Hypnum repens filicinum criſpum *Hall. 104. Dill. Muſc. 282. t. 26. f. 19.*

Muſcus pennatus minor, cauliculis ramoſis, in ſummitate veluti ſpicatus *Vaill. Par. t. 29. f. 12.*

In pratis paludoſis.

772. Hypnum repens filicifolium, non ramoſum, pediculis et capitulis longioribus, ad radicem egredientibus, foliolis vtrinque duplicatis *Hall. 105.*

Muſcus ſquamoſus non ramoſus major et minor, capitulis incuruis *Vaill. Par. t. 29. f. 8.*

In ſyluis et ad ſemitas.

MNION. D. G. 959.

773. Mnion caule ramoſo, androgynum *Linn. Fl. Suec. 910.*

Mnion peranguſtis et breuibus foliolis *Dill. Giſſ. 214. Muſc. 230. t. 31. f. 1.*

Muſcus capillaceus minimus, capitulo minimo puluerulento *Vaill. Par. t. 29. f. 6.*

Inter muſcos in pratis vliginoſis et ad arborum radices, *auf den Schœnfelder Wieſen.*

SPHAGNVM. D. G. 960.

774. Sphagnum ramis deflexis *Linn. Fl. Suec. 864.*

Sphagnum cauliferum ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliis latioribus *Hall. 95.*

Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis cymbiformibus *Dill. Muſc. 240. t. 32. f. 1.*

Muſcus paluſtris in ericetis naſcens *Vaill. Par. t. 23. f. 3.*

In ericetis et paſcuis ſubhumidis.

Aliquando colore rubente variat.

775. Sphagnum cauliferum et ramoſum, paluſtre candicans, reflexis ramulis, foliis anguſtioribus *Hall. 96.*

Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis capillaceis *Dill. Muſc. 243. t. 32. f. 2.*

In pratis cum priore, *hinter Leutſch und Schœnfeld.*

*Linnaeus* ad praecedentem refert.

776. Sphagnum caulibus ramoſis, foliis vndique imbricatis, capſulas obtegentibus *Linn. Fl. Suec. 865.*

Sphagnum cauliferum et ramoſum, ſaxatile hirſutum vireſcens, capitulis obſcure rubris *Hall. 96.*

Sphagnum ſubhirſutum, obſcure virens, capſulis rubellis *Dill. Muſc. 245. t. 32. f. 4.*

Primo vere, *im Bienitz*, alias ſaepius loca amat ſaxoſa et aprica.

777. Sphagnum acaulon trichodes *Dill. Giſſ. 229. Hall. 97.*

Muſcus trichoides minor, acaulos, capillaceis foliis *Vaill. Par. t. 29. f. 4.*

Verno tempore in ericetis, intra pagos *Pomſen und Steinberg, auch im Bienitz.*

778. Sphagnum cauliferum et ramoſum, foliis criſpis, crebris, per caulem capitatis *Hall. 96. t. 3. f. 2.*

Muſcus terreſtris major, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis *Vaill. Par. t. 27. f. 4.*

Ad Carpini, Vlmi et Betulae truncos, ſero autumno et hyeme.

779. Sphagnum acaulon bulbiferum minus *Dill. Muſc. 252. t. 32. f. 12.*

Muſcus

Muſcus apocarpos omnium minimus *Rupp. 389.*
Vere plurimis locis cum ſequente.
An ſequentis varietas ?

780. Sphagnum acaulon, foliis in bulbiformam congeſtis, majus *Hall. 97.*
Muſcus trichoides acaulos minor latifolius *Vaill. Par. t. 27. f. 2.*
Primo vere in agris et aggeribus.

FONTINALIS. D.G. 961.

781. Fontinalis foliis complicato carinatis, trifariam acutis, capſulis lateralibus *Linn. Fl. Suec. 866.*
Fontinalis triangularis major complicata, e foliorum alis capſulifera *Dill. Muſc. 254. t. 33. f. 1.*
Muſcus aquaticus denticulatus *Gottſch. 173. ic. 53.*
In foſſulis pratenſibus, *im Roſenthale nach Möckern.*

IVNGERMANNIA. D.G. 962.

782. Iungermannia ſurculoſa repens, foliolis inferne auriculatis, duplicato imbricatis, ramis aequalibus *Linn. Fl. Suec. 922.*
Iungermannia foliis circinatis acutis imbricatim diſpoſitis ex viridi flaueſcentibus *Mich. 7. t. 5. f. 21. Hall. 121.*
Lichenaſtrum imbricatum majus, ſquamis compreſſis et planis *Dill. Muſc. 496. t. 72. f. 26.*
In vmbroſis, corticibus arborum adhaeret.

783. Iungermannia major altera, foliis ſubrotundis tenuiſſime denticulatis *Mich. 7. t. 5. f. 2. Hall. 121.*
In ſyluis frequentiſſime.

784. Iungermannia acaulis linearis ramoſa, extremitatibus furcatis obtuſiuſculis *Linn. Fl. Suec. 928.*

Marſilea minima anguſtifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte, a ſubhirſuta et turbinata vagina erumpentibus *Mich.5. t. 4. f. 4.*

In pratis et ſyluis ad arbores.

785. Iungermannia acaulis, foliolo folio innato *Linn. Fl. Suec. 930.*

Marſilea major atro virens, floribus albicantibus e foliorum medio egredientibus *Mich. 5. t. 4. f. 1.*

In nemoribus vmbroſis aeſtate.

## IV. FVNGI.

### AMANITA. D. G. 963.

786. Amanita (Agaricus) volua excepta, pileolo conico in margine ſtriato, petiolo anulato, in baſin ſquamoſo tuberoſam deſinente *Gleditſch. Meth. Fung.*

Amanita muſcaria miniata *Dill. Giſſ. 181.*

Fungus muſcarius miniatus *Sterb. 215. t. 22. B. C.*

*Fliegenſchwam.*

In ſyluis, paſcuis et ericetis elatioribus et ſiccis, varians admodum autumno occurrit.

787. Amanita (Agaricus) ampliſſima volua excepta, aurea, pileolo hemiſphaerico, in margine ſtriato, petiolo craſſo, anulo latiſſimo cincto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Amanita plana orbiculata aurea *Dill. Giſſ. 179.*

Fungus ouinus *Sterb. 64. t. 4. D. E. F.*

Autumni initio in ſiccioribus, intra Betulas et Pinos aliasque arbores, *im Bienitz.*

788. Amanita (Agaricus) volua excepta, pileolo orbiculari integerrimo, petiolo anulato, radice tuberoſa *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus magnus totus albus eſculentus e volua erumpens, pediculo praealto anulato, radice bulboſa *Mich. 187.*

*Var.*

*Var.* Fungus e volua erumpens, pileolo deſuper obſcuro, inferne albo, pediculo longo anulato concolore, radice bulboſa *Mich.188.*

In aruis vterque poſt pluuias, *gegen die Gonnewitzer Schanzen.*

789. Amanita (Agaricus) volua excepta, pileolo hemiſphaerico, lamellis compactis, denticulatis, pediculo obeſo, anulato et craſſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus eſculentus magnus e volua erumpens totus albus grauiter odoratus, lamellis crebris et creberrime denticulatis, pediculo obeſo anulato *Mich. 184.*

In campeſtribus, elatioribus ericetis et ſiccis, *im Vniuerſitætsholze und Bienitz.*

790. Amanita (Agaricus) volua excepta, pileolo campanulato ſtriato, vertice laeui, petiolo cylindraceo fiſtuloſo, in baſin roſtratam deſinente *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus qui vix e volua egreſſus in atramentum reſoluitur, pileolo campanulato plumbeo *Mich. 189. t. 80. f. 5.*

In fimetis ſuburbanis et foliis putreſcentibus in ſylvis.

791. Amanita (Agaricus) volua excepta, pileolo fornicato, petiolo cylindraceo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus eſculentus e volua erumpens, pileolo fornicato, ſuperna parte luteo, inferne albo *Mich. 182.*

*Var.* Fungus paruus e volua erumpens, pileolo fornicato albo et ſericeo, lamellis carneis *Mich. 182.*

In paſcuis et pratis, *um den Kuhthurm und Lindenau.*

792. Ama-

792. Amanita (Agaricus) pileolo hemiſphaerico integerrimo, lamellis ampliſſimis, laxe diſpoſitis, petiolo nudo et cauo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus ſiccior puluinatus rufus lamellis rarioribus *Hall. 49.*

In ericetis ſiccis et arenoſis locis, toto autummo, cum pluribus varietatibus, occurrit, *in dem Bienitz, und Vniverſitætsholze.*

793. Amanita (Agaricus) pileolo integerrimo, pulvinato, in centro depreſſo, lamellis anguſtis et compactis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus cauleſcens, pileo planiuſculo lacteſcente, margine deflexo, lamellis incarnato pallidis *Linn. Fl. Suec. 1036.*

Fungus piperatus albus craſſus lacteo ſucco turgens *Mich. 141. Hall. 34.*

In locis tenui gramine obductis et aliis ſiccioribus, Septembri et Octobri.

794. Amanita (Agaricus) pileolo hemiſphaerico, in margine fornicato, petiolo breui et craſſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus eſculentus lateritio colore immutabili, ſuccum acrem et croceum fundens, pediculo breviori *Mich. 141.*

*Reitzker, Rietſchen.*

In ericetis, *im Bienitz*, circa *Pomſen* aliisque pluribus ſiccis, ſparſim poſt pluvias oritur, Octobri, et quatuor inprimis varietatibus ludit.

795. Amanita (Agaricus) lutea, petiolo turbinato glabro et ſubtus repando, in margine angulosſo et varie contorto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus caules ſcens lamellis ramoſis decurrentibus *Linn. Fl. Suec. 1049.* Fungus

Fungus anguloſus et velut in lacinias ſectus *Vaill. Par. t. 11. f. 14. 15.*

*Pfifferling.*

Locis praedictis, tempore pluuioſo et temperato autumnali.

796. Amanita (Agaricus) pileolo turbinato, in margine ſtriato, petiolo anulato ad baſin tuberoſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Amanita krembinga magna aſpera vireſcens *Dill. Giſſ. 178.*

Fungus magnus viridis *Sterb. 67. t. 5. C.*

*Kremling, Breitling.*

Cum varietatibus binis autumno in pratis, paſcuis et ſylvulis pratenſibus ſparſim.

797. Amanita (Agaricus) pileolo ſtriato hemiſphaerico paruo, lamellis paucis anguſtiſſimis, petiolo altiſſimo capillaceo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus pileo candicante, lamellis paucis, pediculo fuſco ſplendente *Vaill. Par. 69. t. 11. f. 21. 22. 23. Mich. 168. Hall. 36.*

Agaricus cauleſcens albus, pileo plicato membranaceo, ſtipite nigro *Linn. Fl. Suec. 1034.*

In pomariis tam in lignis putreſcentibus quam in Muſco.

798. Amanita (Agaricus) pileolo ſuperne piloſo, in conum acutum faſtigiato, petiolo ad baſin tumido *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus hirſutus paruus candidus tenerrimus ac facile in aquam ſolubilis, pileolo in acutum conum faſtigiato *Mich. 155. t. 73. f. 3.*

In pratenſibus roſcidis, ſyluis caeduis denſis, vario tempore.

799. Ama-

799. Amanita (Agaricus) pileolo campanulato ſtriato et paruo, lamellis rarioribus, petiolo cylindrico *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus multiplex campaniformis colore caſtaneo *Vaill. Par. 73. t. 12. f. 3. 4.*

Fungus tener campaniformis obſolete ruber *Hall. 50.*

In muſcis, pomariis et paſcuis, aeſtate et autummo, duplici facie ludens viget.

800. Amanita (Agaricus) pileolo rotundo et integerrimo, in vertice alato aut depreſſo, lamellis anguſtiſſimis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus vernus paruus farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo deſuper laete vireſcente inferne albo *Mich. 153.*

*Doonſchwam, Mouceron.*

Admodum varians planta in campeſtribus tenui gramine veſtitis locis, dumetis, agrorum terminis, Aprili, Majo, inuenitur.

Pro delicatulis auide colligitur.

801. Amanita (Agaricus) pileolo orbiculari, lacero, e luteo palleſcente, lamellis aureis, petiolo tenui et cylindraceo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Amanita pileolo plano orbiculari fuſco cinereo anguſto, pediculo et lamellis albis *Dill. Giſſ. 180.*

An Fungus eſculentus pileolo deſuper cinereo aut murino et in filamenta quaſi lacerato *Mich. 155. Hall. 40.*

Plures hujus ſunt varietates, quae omnes in ſyluis arenoſis et ſiccioribus ſero autumno, *im Bienitz*, inveniuntur.

802. Amanita (Agaricus) pileolo amplo rotundo fornicato, petiolo breui, anulo permanente cincto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus

Agaricus cauleſcens, pileo convexo ſquamato albido, lamellis ruffis *Linn. Fl. Suec. 1045.*

Fungus campeſtris albus ſuperne, inferne rubens *Mich. 174. Hall. 50.*

*Champignon.*

In pinguioribus hortis, agris, pomariis, aliisque ſuburbanis locis, vario tempore poſt pluuias temperatas, admodum variabilis planta.

803. Amanita (Agaricus) pileolo orbiculari pulvinato amplo et candido, in margine hirſuto et flaueſcente, petiolo anulato breui et craſſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus cauleſcens, pileo flauo conuexo, lamellis albis *Linn. Fl. Suec. 1052.*

Fungus orbicularis exalbidus pratenſis *Hall. 38.*

Fungus croceus magnus *Sterb. 63. t. 2. E.*

In paſcuis, *um die Gonnewitzer Schanzen*, an praecedentis varietas?

804. Amanita (Agaricus) pileolo rotundo plano, petiolo tenui et breui *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus magnus totus albus ſine lacteo ſucco edulis *I. B. III. 826.*

In pratorum terminis et elatioribus initio autumni, ſparſim, admodum varians occurrit, a praecedenti ſpecie non recedit.

805. Amanita (Agaricus) parua, pileolo hemiſphaerico, petiolo cylindraceo tenui *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus pratenſis paruus radicibus graminis dactyloideis *Mich. 146. t. 74. f. 3.*

Cum varietatibus multis in paſcuis et gramineis, arborum radicibus, foliis putridis, Septembri, Octobri inuenitur.

806. Ama-

806. Amanita (Agaricus) pileolo campanulato contracto, ſtriato et villoſo, lamellis tenuiſſimis, petiolo cylindraceo, anulo fugaci cincto *Gleditſch. Meth. Fung.*

An Amanita obtuſe coniformis cinerea aut ex livido nigricans *Dill. Giſſ. 182.*

In pomariis, finetis et ambulacris hortorum, autumno poſt pluuias oritur.

807. Amanita (Agaricus) pileolo hemiſphaerico amplo, deſuper a centro verſus peripheriam ſtriato, petiolo fiſtuloſo cylindraceo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus pileolo ampliore hemiſphaerico deſuper pulchre et vndique ſtriato *Mich. 188.*

Cum inſigni varietatum copia vario tempore ad ligna putrida et arborum truncos humectatos in ſylvis, pomariis et ad vias ſaepe publicas naſcitur.

808. Amanita (Agaricus) pileolo campanulato in centro depreſſo, lamellis tenuioribus, petiolo ſulcato gracili *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus nemoroſus viſcidus lacteo candore fulgens *Mich. 145.*

Fungus albus laminis tenerioribus ſaepe viſcidus *Hall. 35.*

In dumetis et denſioribus pomariis ac ſyluis poſt pluuias aeſtate.

809. Amanita (Agaricus) ex vna baſi multiplex, pileolo orbiculari, petiolo anulato cylindraceo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus eſculentus totus luteus ex vno pede multiplex, pediculo longo cylindraceo anulato *Mich. 197.*

Ad variarum arborum truncos, nec non ad ligna putreſcentia, Octobri.

810. Aman-

810. Amanita (Agaricus) cauleſcens, pileo conico cinereo, lamellis albis, ſtipite longo *Linn. Fl. Suec. 1054.*

Fungus minimus fimetarius, pileolo vtrinque et vndique ſtriato cinereo aut murino, pediculo lanuginoſo et fiſtuloſo albo *Mich. 167. t. 75. f. 9. Hall. 42.*

In pratis et gramineis, Martio.

811. Amanita (Agaricus) cauleſcens, pileo hemiſphaerico ſordido, vmbilico prominente, lamellis albis, ſtipite longo cylindraceo albo *Linn. Fl. Suec. 1057.*

Fungus viſcidus papillaris ſtriatus terreus ſubtus albus *Hall. 41.*

In ſyluis et pratis ſyluaticis frequens.

812. Amanita (Agaricus) cauleſcens, pileo plano carneo, lamellis ruffis, ſtipite longo carneo *Linn. Fl. Suec. 1069.*

Fungus flauo rufus in medio depreſſus lacte non acri manans *Hall. 50.*

In ſyluis ſparſim.

813. Amanita (Agaricus) cauleſcens, pilei margine violaceo tomentoſo, ſtipite coeruleſcente lana ferruginea *Linn. Fl. Suec. 1067.*

Fungus eſculentus bulboſus dilute purpureus *Mich. 149. t. 49. f. 1. Hall. 52.*

Ad ſyluarum margines.

814. Amanita (Agaricus) ſeſſilis ſquamoſus multiplex et coriaceus durus, lamellis ramoſis ſinuoſis et ſibi inuicem implexis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricum ſquamoſum album coriaceum superne glabrum inferne lamellatum, lamellis cartilagineis *Mich. 123.*

In columnis et lignis putridis arboribusue emortuis, toto ferme anno.

815. Amanita (Agaricus) ſeſſilis ſquamoſa lobata et villoſa lamellis profunde ſectis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus lamellatus pectunculi forma major *Dill. Giſſ. 192.*

In lignis, corticibus et arborum truncis carioſis et humectatis, vere et autumno non infrequens.

816. Amanita acaulis, lamellis labyrinthi formibus *Linn. Fl. Suec. 1082.*

Agaricus villoſus, lamellis ſinuoſis et inuicem implexis *Buxb. Cent. V. t. 4. f. 1.*

Agarico fungus lamellis craſſiſſimis rigidis *Hall. 57.*

Ad truncos arborum, Quercus inprimis, frequens.

817. Amanita - - - - - -

Agaricum ceſpitoſum fulvum cochlearis vel ſpathulae forma hirſutum *Mich. 123. t. 65. f. 5. 6.*

Agarico-fungus minor multiplex ſubaſper *Hall. 58.*

Ad virgulta ſicca.

SVILLVS. D. G. 964.

818. Suillus (Boletus) pileo hemiſphaerico, tubulis angulatis, petiolo ventricoſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Suillus fuluus inferne ex flauo vireſcens *Hall. 29.*

Boletus cauleſcens, pileo teſtaceo, poris compoſitis angulatis griſeis *Linn. Fl. Suec. 1087.*

In ſyluis, *im Univerſitætsholze*, autumno.

819. Suillus (Boletus) pileolo hemiſphaerico fulvo et ſplendente, tubulis anguſtiſſimis citrinis, petiolo gracili concolore *Gleditſch. Meth. Fung.*

Suillus anulatus terreus inferne flaueſcens *Hall. 29.*

Boletus

Boletus luteus *Dill. Giſſ. 188. t. 10. f. 1.*

Boletus caulefcens, pileo liuido ſubuiſcido, poris flauis conuexis, ſtipite albo *Linn. Fl. Suec. 1088.*

Cum priori.

820. Suillus (Boletus) pileolo latiſſimo hemiſphaerico deſuper ferrugineo rubente, inferne cum craſſo petiolo ſubflauo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Boletus magnus Auguſti menſis *Dill. Giſſ. 188.*

Iisdem natalibus.

821. Suillus (Boletus) pileolo ſuperne viſcido et fuluo, inferne luteo, petiolo candido flaveſcente, punctis et lituris nigricantibus diſtincto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Boletus laeuis et viſcidus obſcure flaueſcens *Dill. Giſſ. 188.*

In ſiccioribus ericetis et ſyluis, Octobri.

822. Suillus (Boletus) pileolo magno craſſo hemiſphaerico ſuperius ſpadiceo fulueſcente inferius luteo, petiolo craſſo e luteo rubente *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus Suillus pernicioſus vulgaris *Caeſ. 617.*

*Gifftiger Schweinbülz.*

In ericetis, toto ferme autumno.

Quatuor hae Suilli ſpecies varietates primae eſſe exiſtimat *Gleditſchius.*

823. Suillus (Boletus) corpore ſeſſili latiſſimo ſuperius lobato inferius gibboſo, tubulis aggregatis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricum eſculentum Caſtaneis adnaſcens latiſſimum hepatis facie *Mich. 117. t. 60.*

Agarico ſuillus mollis ruberrimus *Hall. 29.*

*Blutſchwamm.*

Autumno in Carpino et Quercu in locis vmbroſis denſioribus.

POLYPORVS. D. G. 965.

824. Polyporus - - - - -

Agarico polyporus ceſpitoſus ſiccus verſicolor hirſutus poris laceris albicantibus *Hall.* 27.

Fungorum pernicioſorum genus V. *Cluſ. Hiſt. II.* 275.

Ad ſiccos arborum truncos frequens.

825. Polyporus (Boletus) tuberculoſus durus et ſeſſilis ex albo vel cinereo fulueſcens, tubulis minutiſſimis connexis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricum tuberoſum durum Prunis aut Malis adnaſcens *Mich.* 119. *t.* 61.

In ſyluis et pomariis ad variarum arborum truncos et putreſcentia ligna.

826. Polyporus (Boletus) ſubrotundus, petiolo horizontali breuiſſimo, tubulis ſubtiliſſimis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus pedis equini facie *Tourn.* 562.

Boletus acaulis puluinatus laeuis poris tenuiſſimis *Linn. Fl. Suec.* 1096.

In ſyluis et ericetis ad Betulas et Alnos frequens, *in der Tübenſchen Heyde.*

Ex hac planta praeparatur fomes, qui germanico idiomate dicitur, *Zunder oder Schwamm.*

827. Polyporus (Boletus) faſciculatus et ſquamoſus, tubulis connexis minutiſſimis, lobis laciniato fimbriato criſtatis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus multiplex poroſus *Dill. Giſſ.* 193.

In arenoſis agrorum et pratorum terminis cum Iaſione, *hinter Mockau und Bienitz.*

828. Poly-

828. Polyporus (Boletus) imbricatus ſquamoſus et ſeſſilis, tubulis minutisſimis connexis, lobis fimbriatis ramoſo foliaceis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus intybaceus *Tourn. 562. Dill. Giſſ. 192.*

*Eichſchwamm, Haſenoehrlein.*

In ſyluis denſioribus caeduis, *im Roſenthale*, ad Quercus inprimis, Septembri.

829. Polyporus (Boletus) coriaceus ſquamoſus ſesſilis et multiplex, lobis acine diuiſis et expanſis, tubulis tenuisſimis connexis angulosis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agarico Polyporus ceſpitoſus ſiccus verſicolor hirſutus, poris laceris albicantibus *Hall. 27.*

Toto ferme anno in hortis, ſyluis et pomariis luxuriat.

Haec ſpecies ſiſtit Fungos facie externa Lichenibus adfines.

830. Polyporus (Boletus) tubulis connexis, pileolo orbiculari et plano, ſuperne lineis concentricis diſtincto, centro excauato, petiolo breui et tenui *Gleditſch. Meth. Fung.*

*Var.* 1) Boletus ſeſſilis ſuperne convexus et circulis concentricis varians, tubulis connexis tenuisſimis candidis *Gleditſch.*

Boletus acaulis, ſuperne faſciis ſemicircularibus dicoloribus poris albis *Linn. Fl. Suec. 1094.*

Agarico Polyporus verſicoloribus lineis varius poris albis tenuiſſimis *Hall. 26.*

2) Boletus coriaceus, pileolo campanulato inuerſo deſuper ſericeo et fuluo ferrugineo, lineis concentricis diſtincto, tubulis ſubtus connexis echinato denticulatis *Gleditſch.*

Erinaceus infundibulum imitans coriaceus, colore

ex fuluo ferrugineo, pileolo deſuper veluti ſericeo *Mich. 132. t. 72. f. 4. Hall. 32.*

Prior in hortis, pomariis et ſyluis ad ligna emortua, alter in ſyluis caeduis ſuburbanis rarius.

Binas haſce plantas, *Gleditſchio* auctore, huc refero, licet altera ad ſequens genus pertinere videatur. Is enim *Cel.* Vir omnes Erinaceos veros Boletos eſſe, adeoque vel cum Polyporo vel Suillo conuenire exiſtimat.

ERINACEVS. D. G. 966.

831. Erinaceus paruus hirſutus ex fuſco fuluus, pileolo ſemiorbiculari, pediculo tenuiore *Mich. 132. t. 72. f. 8. Hall. 32.*

Hydnum cauleſcens pileo dimidiato *Linn. Fl. Suec. 1100.*

Boletus pileolo ſemiorbiculari leuiter faſtigiato, tubulis connexis ehinato denticulatis, petiolo praealto et tenui *Gleditſch. Meth. Fung.*

In ramis Pini, *in der Tübenſchen Heyde.*

832. Erinaceus eſculentus albus craſſius *Mich. 132. t. 72. f. 2. Hall. 31.*

Hydnum cauleſcens, pileo convexo imbricato *Linn. Fl. Suec. 1097.*

Fungus pene candidus prona parte Erinaceus *I. B. III. 828.*

In ſyluis cum priori.

MERVLIVS. D. G. 967.

833. Merulius flauus, oris contortis et laceris *Hall. 33.*

Fungus anguloſus et veluti in lacinias diſſectus *Vaill. Par. 60. t. 11. f. 14. 15.*

In pinaſtretis aliisque ſyluis.

PHALLVS. D. G. 968.

834. Phallus capitulo faſtigiato ſubtus operculato, petiolo nudo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Boletus

Boletus petiolo rugoſo, pileolo celluloſo conico *Hall. 24.*

Boletus eſculentus in metam faſtigiatus *Tourn. 562.*

*Spitzmorchel.*

Varians planta in ericetis et ſyluis verno tempore frequens invenitur.

835. Phallus volua exceptus, capituli apice clauſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus foetidus penis imaginem referens *C. B. P. 374.*

In fagetis ſparſim et praeſertim ad Alnos moribundas, Auguſto.

836. Phallus pileolo ouali, ſtipite nudo ramoſo *Linn. Fl. Suec. 1102.*

Boletus eſculentus rugoſus *Mich. 203. t. 85. f. 1. 2.*

Boletus petiolo rugoſo, pileolo celluloſo ouali *Hall. 24.*

In ſyluis, Majo.

CLATHRVS. D. G. 969.

837. Clathrus (Stemonites) petiolatus gregarius, volua fugaci exceptus, corpore elongato *Gleditſch. Meth. Fung.*

Clathroidaſtrum obſcurum majus *Mich. 215. t. 94. f. 1.*

In fimetis, ad ligna humectata varioſa, verno tempore.

FVNGOIDES. D. G. 971.

838. Fungoides minimum ſcutellatum, in caudicibus arborum poſt pluuias *Mich. 207. n. 19. et 20.*

Eluela minima ſeſſilis orbicularis plana et niuea *Gleditſch. Meth. Fung.*

In locis et dumetis vliginoſis ad omnis ferme generis arborum truncos et radices, aliquando et in Muſcis vere habitat.

 Hanc

Hanc Varietatem modo Cyathoidis primae eſſe ſcribit *Gleditſchius.*

839. Fungoides griſeum, infundibuli forma pendulum, pediculo donatum *Mich. 205. t. 86. f. 13.*

Peziza petiolo gracili, acetabulo conico, flaueſcens *Hall. 22.*

In arborum ſiccatarum cortice frequens.

CYATHOIDES. D.G. 972.

840. Cyathoides (Eluela) diſciformis ſeſſilis et plana *Gleditſch. Meth. Fung.*

Peziza lutea minima verna *Dill. Giſſ. 195.*

Peziza diſciformis miniata planior *Hall. 20.*

Aprili ad Alnos et Populos in locis humidiuſculis et denſis ſyluarum frequens.

841. Cyathoides (Eluela) petiolata tubuloſa, margine inaequali lacero *Gleditſch. Meth. Fung.*

Peziza conica ore lacero *Hall. 21.*

Fungoides tubuloſum laciniatum fuſcum *Buxb. Hall. 130. c. icone.*

In ſyluis caeduis ſubudis ſparſim ad Vlmos et Quercus, Auguſto.

842. Cyathoides (Eluela) ſeſſilis membranacea rugoſa et criſpa, in formam gyroſam et concauam varie complicata *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricum auriculae forma *Mich. 124. t. 66. f. 1. Hall. 60.*

Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea *Linn. Fl. Suec. 1019.*

In pomariis et ſyluis vmbroſis ad Corylos et Sambucos ſparſim, Autumno.

843. Cyathoides (Eluela) lamina gyroſa ſubinaequalis, pileoli forma deorſum late et fimbriatim expanſa *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus

Fungus poroſus communis inteſtinorum gyros referens *Mentz. Pug. t. 6.*

*Gemeine Morchel.*

In ericetis, Aprili poſt pluuias non infrequens.

844. Cyathoides (Eluela) orbicularis excauata coccinea et ſesſilis, margine piloſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungoides coccineum oris piloſis acetabuli forma *Tourn. 561.*

In ſyluis caeduis rarius, *im Roſenthale*, in truncis arborum dejectis.

845. Cyathoides (Eluela) membranacea multiplex, membranis ſesſilibus fimbriato plicatis *Gleditſch. Meth. Fung.*

Agaricus meſentericus violacei coloris *Dill. Giſſ. 194.*

In pomariis et ſyluis Mart. April.

846. Cyathoides (Peziza) ſesſilis, corpore campanulato integerrimo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Peziza calyciformis lentifera laeuis *Dill. Giſſ. 195.*

Vere et hyeme in pomariis et locis gramineis, ad ligna putrida frequens.

847. Cyathoides villoſum fuſcum *Hall. 17.*

Fungoides infundibuliforme ſemine foetum, interne ſtriatum externe hirſutum *Vaill. Par. 57. t. 11. f. 4. 5.*

In ſyluis et vmbroſis locis, ad terram in muſcis habitat.

Plures forte ſpecies, quas ad hoc genus retuli, ad praecedens potius pertinere videntur, cum vero de quibusdam dubius haeſi, malui potius omnes hic relinquere.

LYCOPERDON. D. G. 973.

848. Lycoperdon cortice farinaque purpurea *Linn. Fl. Suec. 1114.*

Lycoperdon ſanguineum ſphaericum *Buxb. Cent. V. t. 29. t. 2.*

Lycoperdon epidendron miniatum puluerem fundens *Hall. 11.*

In parietibus antiquis et dejectis arborum ramis, toto anno.

849. Lycoperdon ſubrotundum, lanceolato dehiſcens *Linn. Fl. Suec. 1115.*

Lycoperdon capitatum aſperum *Hall. 12.*

In paſcuis pratis et pomariis. Multis modis variat haec planta. Septendecim varietates numerat *Gleditſchius*, reliquis vero pulchriores ſunt ſequentes:

*Var.* 1) Lycoperdum ſphaericum ſeſſile candidum, cortice exteriore in furfuraceas portiunculas ſoluto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Lycoperdon ſphaericum album, cortice primario in furfuraceas portiunculas abeunte *Mich. 218. t. 97. f. 6.*

In paſcuis elatioribus, *vor Mockau und dem Thonberge.*

2) Lycoperdum ſphaericum ſeſſile candidum, cortice exteriore in ſtellares portiunculas ſoluto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Lycoperdon globoſum album, cortice primario in ſtellulas elegantiſſimas abeunte *Mich. 218. t. 97. f. 3.*

In paſcuis frequens.

3) Lycoperdum ſphaericum ſeſſile candidum, cortice in areolas cryſtallorum aggregatorum aemulas ſoluto *Gleditſch. Meth. Fung.*

Lycoperdon niueum ſphaericum, ſuperficie in areolas adamantis inſtar diſſecta *Mich. 218.*

In paſcuis pratenſibus, *um die Pfingſtwieſe und dem Bienitz.*

4) Ly-

4) Lycoperdum globoſum et aculeatum candidum, baſi longiſſima craſſa *Gleditſch. Meth. Fung.*

Lycoperdon album totum aculeatum, altiori baſi donatum *Mich. 217. t. 97. f. 1.*

In paſcuis, ericetis et ſyluis ſiccioribus, *im Bienitz*, et non raro ad publicas vias.

5) Lycoperdum globoſum candidum, apice papillato aculeis fuſcis ſuperius donatum, baſi longiſſima craſſa et glabra *Gleditſch. Meth. Fung.*

Cum praecedenti, ſed longe rarius.

6) Lycoperdum turbinatum candidum, baſi longa et craſſa, cortice exteriore villoſo prorſus ſecedente *Gleditſch. Meth. Fung.*

Lycoperdon album lanuginoſum, corticem primarium manifeſte exſuens *Mich. 217. t. 97. f. 2.*

Aeſtate, *auf den Gonnewitzer Schanzen*, et circa pagos in paſcuis anſerinis.

CLAVARIA. D. G. 974.

850. Clauaria erecta, corpore ſimplici obtuſo integro *Gleditſch. Meth. Fung.*

Clauaria major lutea *Mich. 208. t. 82. Hall. 14.*

In ericetis ante oppidum *Düben*, Novembri.

*Var.* Clauaria erecta parua luteo fuſca, corpore ſimpliciſſimo integro, vertice obtuſo tumido et rugoſo *Gleditſch. Meth. Fung.*

Fungus clauatus Ficum referens *Buxb. Hall. 132. c. fig.*

In ericetis, circa pagos *Pomſen und Steinberg.*

851. Clauaria corpore multifido inaequali et ramoſisſimo, in apices graciles terminato *Gleditſch. Meth. Fung.*

Coralloides flauum *Tourn. 562.*

Coralloides flauum ramoſiſſimum *Hall. 15.*

Ziegen-

*Ziegenbarth.*

Aliquando *im Ausgange des Streitholzes.*

## V. PLANTAE DVBIAE.

### MARCHANTIA. D. G. 976.

852. Marchantia calice communi decemfido, laciniis linearibus *Linn. Fl. Suec. 931.*

Marchantia major capitulo ſtellato radiis teretibus *Mich. 2. t. 1. f. 1. Hall. 127.*

Lichen *Matth. 732.*

*Var.* Marchantia capitulo non diſſecto *Mich. 1. t. 1. f. 5. Hall. 127.*

Hepatica I. et II. *Tab. 1200.*

*Leberkraut.*

Ad aquarum riuulos, in locis vmbroſis et pratis riguis.

853. Marchantia - - -

Hepatica vulgaris major ſiue officinarum *Mich. 3. t. 2. f. 1. Hall. 126.*

Ad muros roridos et in paluſtribus.

### LENTICVLA. D. G. 977.

854. Lenticula (Lemna) foliis petiolatis *Linn. Cliff. 417. Roy. 516.*

Lenticula aquatica triſulca *C. B. P. 362. I. B. III. 777.*

Hederula paluſtris *Tab. 1281.*

Lentibularia ramoſa monorrhiza, foliis oblongis pediculis longioribus donatis *Mich. 16. t. 11. f. 5. Hall. 128.*

Sequentis comes eſt.

855. Lenticula (Lemna) foliis ſeſſilibus vtrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis *Linn. Cliff. 417. Roy. 516.*

Lenticula paluſtris *Tab. 890.*

Lenticula paluſtris vulgaris *C. B. P. 362.*

Lentibularia minor monorrhiza, foliis ſubrotundis vtrinque viridibus *Mich. 16. t. 11. f. 3. Hall. 129.*

*Waſſer-*

*Waſſerlinſen.*

In aquis ſtagnantibus et piſcinis paſſim.

LICHEN. D.G. 985.

856. Lichen foliaceus erectiuſculus lacunoſus ſubtus tomentoſus albus *Linn. Fl. Suec. 954.*

Lichen pulmonarius mollior dichotomus ſuperne cinereus inferne albus, receptaculis florum interna parte ferrugineis *Mich. 75. t. 36. f. 3. Hall. 72.*

Ad arbores vbique, inprimis Salices et Pruneolum ſylueſtrem.

857. Lichen foliaceus repens laciniatus obtuſus glaber ſupra lacunoſus ſubtus tomentoſus *Linn. Fl. Suec. 960.*

Lichen pulmonarius, ſiue Pulmonaria arborum *Hall. 73.*

Lichenoides pulmoneum reticulatum vulgare marginibus peltiferis *Dill. Muſc. 212. t. 19. f. 113.*

Pulmonaria *Matth. 732.*

*Lungenkraut.*

Vbique ad arborum truncos.

858. Lichen foliaceus repens lobatus obtuſus planus ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente *Linn. Fl. Suec. 961.*

Lichen pulmonarius major inferne obſcurus deſuper ex cinereo vireſcens, receptaculis florum nigricantibus *Mich. 85. t. 44. f. 2. Hall. 73.*

Lichenoides digitatum cinereum Lactucae foliis ſinuoſis *Dill. Muſc. 200. t. 27. f. 102.*

Vbique in ſyluis ad arbores et in terra.

859. Lichen foliaceus decumbens furfuraceus, laciniis acutis, ſubtus lacunoſis atris *Linn. Fl. Suec. 953.*

Lichenoides cornutum amarum, deſuper cinereum inferne nigrum *Dill. Muſc. 157. t. 21. f. 52.*

Muſcus

Muſcus amarus Abſinthii folio *I. B. III. 764.*
In arboribus non admodum frequens.

860. Lichen foliaceus repens lobatus obtuſus planus ſubtus auenius villoſus *Linn. Fl. Suec. 962.*
Lichen terreſtris cinereus *Hall. 74.*
Lichenoides digitatum laete virens, verrucis nigris notatum *Dill. Muſc. 207. t. 28. f. 106.*
In ſyluis et agris terrae adhaeret.

861. Lichen foliaceus laciniatus criſpus fulvus *Linn. Fl. Suec. 967.*
Lichen Dioſcoridis et Plinii ſecundus, colore flaveſcente *Col. Ecphr. I. 330. Hall. 76.*
Lichenoides vulgare ſinuoſum foliis et ſcutellis luteis *Dill. Muſc. 180. t. 24. f. 76.*
In arborum corticibus et parietibus.

862. Lichen - - - -
Lichen pulmonarius cinereus mollior, in amplas lacinias diuiſus *Hall. 72.*
Muſco fungus arboreus tenuior, ſcutellis vel capitulis cauis *Moriſ. III 634. t. 7. f. 4.*
Ab arbores frequens.

863. Lichen - - - -
Lichen pulmonarius ſaxis et arboribus adnaſcens, major inferne nigricans ſuperne e ſulfureo cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus ſordide et obſolete viridibus *Mich. 89. t. 48. f. 1. Hall. 76.*
Ad lapides et muros lapidoſos.

864. Lichen imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis foliolo concoloribus *Linn. Fl. Suec. 946.*
Lichen pulmonarius, foliis eleganter diuiſis infer-

ne

ne nigerrimis et cirrhoſis ſuperne lacunatis *Mich.* *90. t. 49. f. 1. Hall. 77.*

Lichenoides vulgatiſſimum cinereo glaucum lacunoſum et cirrhoſum *Dill. Muſc. 188. t. 24. f. 83.*

Ad annoſas Quercus et ſaxa.

865. Lichen imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis *Linn. Fl. Suec. 950.*

Lichen pulmonarius vulgatiſſimus, ſuperne albo cinereus inferne nigricans, ſegmentis anguſtis et eleganter diuiſis *Mich. 91. t. 43. f. 2.*

Lichenoides cinereum, ſegmentis anguſtis ſtellatis, ſcutellis nigris *Dill. Muſc. 176. t. 24. f. 70.*

Ad ramos arborum frequens.

866. Lichen leproſus candidus, tuberculis candidis *Linn. Fl. Suec. 936.*

